337

AN EXPE-
DIAT LAICIS, LE-
gere noui Teſtamenti libros
lingua Vernacula?

AD SERENISSIMVM
Scotiæ Regem Iacobum. V.

Diſputatio inter Alexandrum
Aleſium Scotum, & Iohan-
nem Cochlæum Ger-
manum.

Anno dñi M. D. XXXIII.

SERENISSIMO REGI SCOTORVM domino Iacobo Quinto, Duci Albanię, Principi Hibernię & Orchadum, domino ſuo Clementiſſimo, Iohannes Cochlæus S. D.

INſignes ac plane heroicas in te præfulgere uirtutes, Rex Inclyte, armiſq; iuxta & uicijs inuicte, abunde teſtantur ea laudum pręconia, quæ de te pleno prædicant ore, ſcriptiſq; in publicum euulgatis affirmant exules regni tui: qui patria eiecti, ſui dedecoris obliti, tuarum apud exteros reminiſcuntur uirtutum. Non enim uulgo ita ſolent alioꝝ regnorum exules qui facinoribus ſuis, propter quæ in exilium relegantur, contegendis atq; obliterandis, uim Regum iniuriamq; prętexere ſtudent. Alexander uero Aleſius, regni tui exul, nouo more ſic prædicat bonitatem tuam, ut miro modo uidea-

An p̄ uim cōtra ius ſit eiectus

ab Episco pis Aleſium. tur & ipſe a culpa, & tu a ui & iniuria longe alieniſſimus, Quaſi te inuito ſit ipſe ab Epiſcopis e regno tuo eiectus,& quidem per uim & contra ius. Hoc ꝙ ſimile ſit uero,alij iudicēt: ego certe ſimplicior ſum ꝙ ut credere poſſim, ulli Epiſcoporum tantum licere in regno tuo, ut te inuito poſſit quempiam contra ius per uim eijcere. Quis enim in regno po-

3.Eſd.3 tentior eſt rege? Rex (inquit ſcriptura) ſuper omnia pręcellit,& dominatur eorum,& omne quodcunq; dixerit illis fa-

Prouer.20 ciunt. Et ipſe unus ſolus,ſi dixerit: Occide,occidunt: ſi dixerit: remittite,remittunt. Et Salomon: Sicut rugitus (inqt) Leonis,ita & terror regis: qui prouocat eum,peccat in animam ſuam. Item: Rex qui ſedet in ſolio iudicij, diſſipat omne malum intuitu ſuo. Si ergo mandare potuiſti Epiſcopis,ut illum ex carcere incolumem liberumq; dimitterent,ac deſinerent in illum ſæuire, quemadmodū ipſe ſcribit, Cur non potuiſti,quęſo, mandare,ne hominem indicta cauſſa per uim cōtra ius e patria eijcerent? ſi ita eiectus

eſt,quis obſecro prohibet, ne iniqꝫ eie-
ctum in patriam reuoces? Quid eſt per
uim contra ius eijcere, niſi inique ſpolia-
re patria,re cunctis mortalibus dulciſſi-
ma? At non ignoras, Rex prudentiſſi-
me,omni iure cautum haberi, ut ſpolia-
ti ante omnia in integrum reſtituantur.
Quomodo igitur petit a te Aleſius pub
licam fidem,ad dicendam cauſſam ſuã,
qui iure cõmuni debet, ſi uera ſunt quæ
ſcribit,in integrum reſtitui ante omnem
cauſſæ cognitionem? Non uideo equi-
dem,te ab omni ſæuitia prorſus abhorre
re, ut ait Aleſius, ſi pateris uirum, uſqꝫ
adeo innocentem & per uim contra ius
eiectum ab Epiſcopis, diutius exulare,
& apud exteros de iniqua eiectiõe con-
queri, Cum poſſis eum uel uno uerbo
aut nutu in patriam reuocare, ſicut ex
carcere in libertatem illum domi reuoca
ſti,ut ipſe ait.

Aut igitur falſis te palpat laudibus
exul iſte, ut animum tuum in Epiſco-
pos tuos concitet, aut fingit miram er-
ga ſe clementiam bonitatemqꝫ tuam, ut

Aleſium eſſe Lutheranũ.

Epiſtola eius Vuittenbergæ edita.

apud exteros te ſuſpectum circa orthodoxam fidem reddat, quaſi Lutherano homini fauentem cõtra Epiſcopos. Nõ enim obſcura de ſe præbet argumẽta, ꝙ hæreſi faueat Lutheranæ, dum ſic inuehitur & quærítur ſcripta ad Maieſtatem tuam Epiſtola, in Epiſcopos & Monachos, in illos quidem, ꝙ eiecerint eum ui contra ius, indicta cauſſa, ſine authoritate tua, quos & impietatis arguit propter Edictũ quoddam, de quo pluribus paulo poſt agendum erit. In hos uero, ꝙ in ſuis concionibus de locis maxime neceſſarijs ad pietatem, aut nihil dicant aut falſa tradant. Quod nihil dicant de uera inuocatione, fide ac ſpe, nihil de beneficio Chriſti, nihil de ſcrimine regni ſpiritualis ac politicarũ rerum, deq; alijs multis neceſſarijs rebus, de quibus ait, aut ſilentium eſſe aut inculcari contraria Euangelio. Breuiter tota Epiſtola eius ita ſcripta eſt, ut Vuittenbergę et nata & in lucem euulgata eſſe uideatur. Quamuis aũt Chalcographi locicq; ubi edita ſit, nomen appoſitum non ſit, ſatis

tamen conſtat mihi, exemplar iſtud q̃d habeo, e Vuittenberga ueniſſe, uelut e communi profugorum & apoſtatarum Aſylo.

Siue igitur tota Epiſtola Vuittenbergæ conficta eſt, ea ſane fraude, ut lectores credant, Lutheri Euangeliũ ad Scotos uſq; extremos, quaſi ad ultimã uſq; Tylen propagatum eſſe, Siue ad eã ſcribendam Lutheranus quiſpiam Apoſtata, e regno tuo proſcriptus & profugus, Vuittenbergenſibus argumentum ſuggeſſit, aut per ſeſe ſcripſit. Tibi Rex Inclyte, caute ac diligenter proſpiciendum eſt, ne hac occaſione perditiſſima hęc hęreſis in regnũ tuũ ſerpat latius, & occultis Apoſtatarũ machinationibus fideles populos tuos, a priſca patrũ religione, in turpiſſimã falſæ libertatis licentiã abducat, eoſq; nõ minus Imperio tuo q̃ Chr̃i & Eccleſię p̃ceptis rebelles faciat. Audiſti, ni fallor, quantũ malorũ peperit lues iſta ĩ Germania, ubi prĩcipes et epiſcopi huius mali prĩcipijs neglig̃eti⁹ obſtiterũt dũq; paucis atq; adeo uni Luthero male

pepercerunt, in plus ꝙ centū milia ſub-
ditorum ſuorum paulo poſt ſæuire coa-
cti fuerunt, ad tuendam dignitatem ui-
tamq́ ſuam.

Malignū & inquietum Apoſtatarum ſtudium.

Non leue (crede mihi) periculum eſt in foribus, ſcio ꝙ malignum & inquie-
tum ſit Apoſtatarum ſtudium ad conci
tandos in rebellionem populos, Quod
mihi ſane compertiſſimum eſt, nō ſolum
ex diuturnis Germaniæ malis & quoti-
dianis per uicinitatem experimentis, ue
rum etiam ex longinquis eorum machi
nationibus, dum apud externas quoq́
nationes nihil relinquunt intentatū ad
dilatandam ſectā ſuam, licet iam pridem
publice damnatam, anathematiſq́ gla-
dio deſectam. Summa enim improbita-
te atq́ audacia inſiſtunt, bis terq́ repulſi
redeunt, mille nocendi artibus, a ſatana
edocti, ſimpliciores aut ad res nouas pro
niores aggrediuntur, nec deſiſtunt do-
nec aliquos tandem capiunt. Qui autē
capti fuerint, eadem arte alios capere ſa
tagunt in occultis. Vbi proditi fuerint,
niſi mox rapiantur ad publicum tribu-

nal, fuga ſibi conſulunt, per furta ſa-
crilega parantes ſibi uiaticum, quo ha-
beant, unde Vuittenbergę per omnem
ſpurciciam libere uiuant.

Seueritas in Lutheranos apud exteros.

Hac eorum audacia multi exterorum miſere miſerabiliterq́ ad extrema perducti ſunt uitæ diſcrimina, multi ære mulctati, multi infamia notati, multi ultra ignominiã & mulctam ſupplicio quoq́ affecti, hi capite plexi, illi ignibus exuſti alij alia morte perempti. Vnde factum eſt, ut apud plæraſq́ nationes uſq́ adeo deteſtabilis inuiſaq́ ſit hæc ſecta, ut uel nomen Lutheri protuliſſe capitale ſit, eaq́ ſeueritate præſeruantur piæ ſubditorũ mentes, ne hac peſte afflatæ, in omnem impietatem fœde prolabantur.

Periculoſa Regibus Lutheri Secta.

Maxime uero præcauẽdum eſt uobis Regibus, ſi a tot malis libera & immunia conſeruare quæritis regna ueſtra, ne a profugis & Apoſtatis ueſtris libri Lutherici, ſiue in latina, ſiue in uernacula lingua, occulte in regna ueſtra tranſmittantur. Hoc enim præcipuum eorum eſt ſtudium, hic peſſimus eorum cona-

tus,quo ſuam iniuriam de uobis ulciſci-
quærunt,ut longe poſiti occultis fraudi
bus noceant,uobiſq; inuitis & inſcijs po
pulos ueſtros conturbent, atq; in odiū
ſacerdotum ueſtriq; contemptum conci
tent. Sciunt enim q; graue ac periculo-
ſum uobis eſſe queat hoc malum. Quā-
doquidem Lutherus,dux mali,dū Ger
Luth. con tra duo e- dicta. maniç plebes in Principes & Epiſcopos
concitaret,publice iurare auſus eſt,huic
pſalmiſtæ uerſiculo, Effundit contem-
ptum ſuper principes, Tantam ineſſe
uim,ut oēs principes perdere poſſit,etiā
luth. lib. 1. de ruſticis ſi unus quiſq; eorum Turcarum impera
tore decies potentior exiſteret. Itaq; ſub
initium tumultus ruſticorum,Principi
bus inſultans dicebat, Sæpe uobis pre-
dixi,ut ab eo uerſiculo uobis timeretis.
Percutiet igitur uos deus per ruſticos,
qui tyrannidem ueſtrū diutius ferre nō
uult, Si non per hos uos percuſſerit,ali-
os excitabit, donec uos conterat &c.
Præcipue igitur uobis Regibus cauen-
dū eſt ab occultis iſce a longe uenienti
bus Apoſtatarū ueſtrorū ſagittis,quib.

i occulto nocere parāt anteꝗ̄ ꝓuideant
Etenim ante annos octo, duo ex Anglia Apoſtatæ, qui Vuittenbergæ Teuthonicam edocti linguam, Lutheri nouum teſtamentū in linguā Anglicanā uerterant, Coloniā Agrippinam uenerunt, tanꝗ̄ ad urbem Angliæ uiciniorē, mercatuꝗ; celebriorem, & nauigijs ad tranſmittendum aptiorem, ibiꝗ; poſt ruſticorū tumultum aliquādiu latitantes, conduxerunt ſibi in occulto Chalcographos, ut mox primo aggreſſu tria milia exemplarium imprimerent, Cumꝗ; eo in opere alacriter ingenti ſpē procederent, iactitabant conſcij Bibliopolæ & Chalcographi, totam Angliam breui fore Lutheranam, uelint nolint Rex & Cardinalis. Id ego intelligens, premonui quoſdam Anglorum Regi fideles, qui & ſenatus authoritate malignam illorum machinationē interceperūt, & Regem tanti periculi per literas admonuerunt. Vnde factum eſt, ut ea iacula, fœliciter præuiſa, non potuerunt ferire incautos, de quibus tantopere glo

Nouū Teſta. p Apoſtatas i linguā Anglicanā tranſlatum.

riati fuerant Lutherani.

Hac ratione motus, Rex inclyte, cū uideam nunc ſimiles regno tuo inſidias parari, Celſitudinē tuam ſuppliciter admoneo, ut ab hoc hoſtili molimine caute tuis prouideas, huicꝗ Aleſio, qui malum iſtud intendit, nihil contra Epiſcopos tuos temere credas. Poſſem equidē ab hoc labore quieſcere, & has fraudes, mihi nihil nocituras, diſſimulare, niſi cōpelleret me Chriſtiana charitas, contemptis hæreticorum criminationibus & conuicijs, proximos meos (terrarum quidem ſitu longe ſeiunctos, fide aūt in eccleſiæ unitate coniūctiſſimos) de tanto malignantium periculo peſtilenticꝗ conſilio præmonere. Id quod Scotorū genti debere me agnoſco, non ſolum ratione charitatis in genere, uerum etiam ratione gratitudinis peculiariter uobis rependendæ. Nos enim Germani multis olim ſæculis pias fidei Chriſtianæ plantationes ex Scotia fœliciter accepimus, miniſterio ſanctiſſimarum Martyrum & Pontificum, qui e regno tuo ad

Germani ſanctiſſios e ſcotia doctores i fide Chriſti habuerūt.

nos fidem Chriſti docendos aduenerũt, Quorum reliquiæ in hodiernum uſq; diem apud nos ſacroſanctę habentur ac religioſe uenerantur, maxime uero Beati Kiliani ſociorumq; eius, qui Vuirceburgenſem inſtituerunt Eccleſiam, Et ſunt adhuc hodie apud nos quędã Scotorum Monaſteria uel in celeberrimis Germaniæ urbibus uerbi gratia, Erfordiæ in Turingia, Ratiſbonæ in Bauaria Viennæ in Auſtria &c. Quæ nobis re ipſa indicant, quantum ſcotorum genti præ multis nationibus propter fidem Chriſti debeamus. S. Kilian9

Sciat igitur exul iſte tuus hoc admonendi ſtudium a me ſuſcipi, non in odiũ ſui priuatim (quem minime cognoſco, nec ſatis ſcio an uere an ficte ſit quiſpiã tuorum ſic exul) ſed ex debito charitatis fraternæ erga totam gentem, cuius & honori & ſaluti hac profugi erronis epiſtola inſidias uideo ſtrui. Honori inquam, dum tentat Apoſtata iſte, ſiue uerus ſiue fictus, gentem tuã concitare in Epiſcopos, ad excutiendum debitę atq; Honori et ſaluti gentis conſulendum.

etiã iuratæ obedientiæ iugum, contra omnem & iuris & moris honeſtatem, Quemadmodũ apud nos multi excuſſerunt populi Luth. & quidẽ per ſummũ dedecus ſcelus & nefas. Saluti uero, dũ nititur erro iſte fideles populos tuos ex ſide in hæreſim, ex charitate in diſſidiũ, ex unitate Eccleſiæ in dãnabile ſchiſma ſeducere, ad perpetuũ animarũ atq; etiã corporũ interitum. Qualiter cõtigit miſerrimis noſtræ Germaniæ ruſticis, quos Lutherus & nefando ſcelere in rebellionẽ atq; tumultũ cõcitauit, & occiſos nefandiore crudelitate, ut uictorib. neq́ter adulãdo gratularet̃, infames p̃nũciauit, atq; æternis addixit ipſe qui concitauerat ignibus concremandos. Subdolus aũt iſte Aleſius (ſiue fictũ ſiue uerũ hoc ei ſit nomẽ) ut facilius fallat in cautos, et nihil mali ſuſpicantes, diſſimulat omnem hæreſim, ſuamq; in aliud tempus cauſam differens, communem populorum cauſam, pietatis pretextu, cõtra epiſcopos defenſandam ſuſcipit. Et quemadmodum apud nos Lutherus, Euan-

Subdolus diſsimulator Aleſi9

gelij ac uerbi Dei prætextu (ut & ſibi
fauorem & Epiſcopis oīqꝫ Clero apud
Laicos odium conciliaret) immanes ac
impias barbarorum Vualdenſium Huſ
ſitarumqꝫ & Taboritarum hæreſes, in-
cautioribus imponendo perſuaſit: Ita et
nunc ſimili pretextu nitit̃ tuos circũue-
nire, Rex inclyte, populos profugos iſte
dũ per totã epiſtolã inuidioſos & calũ-
nijs & argumentis queritur contra, ne-
ſcio quod, Edictũ, de nõ legendis in pa-
tria lingua libris noui Teſtamẽti, Quod
ait ab Epiſcopis ſine autoritate tua pro
mulgatum in regno tuo.

De hoc itaqꝫ Edicto ad Celſitudinẽ tuam uerba facturus, rogo & obſecro p tuã Rex clementiã, ut æquanimiter accipias uerba mea, tanqꝫ hominis omni erga uos affectu, qui iudiciũ peruertere queat, nudi ac liberi, cui nulla eſt cauſa uel epiſcopis tuis adulandi uel populis tuis detrahendi, quibus tam ignotus ſũ qꝫ ipſi ſunt mihi, unus mihi dicendi ſcopus eſt, ueritas rerũ, utilitaſqꝫ publica et ſalus animarꝫ. In hunc unice intẽdo ſco *diſputatio de Edicto*

pum, nihil gratiæ, nihil premij neq; a Celſ. T. neq; ab Epiſcopis regni tui uel deſyderans uel expectans. Vna eſt charitas, quæ me urget, ut uobis omnibus optime conſultum uelim, ne per imprudentiam neglectu aut contemptu huius rei, uelut nihili & nullius momenti admittatis quippiam, quod florentem totius regni ſtatum conturbet.

Odioſum quidem & a pietate Chriſtiana ualde alienum primo intuitu uidetur, arcere populum a lectione librorum noui teſtamenti in patria lingua. In quibus eſt panis uitæ, cibus animæ, morum diſciplina, uirtutum uera noticia, uiciorumq; exacta correctio. Deniq; ipſius Chriſti, Dei & domini noſtri, ſummæ erga genus humanum charitatis, gratiæ & beneficentiæ cognitio. A tot igitur tantiſque bonis tot populos tantamq; totius regni multitudinem arcere per Edictum, inuidiæ crudelitatisq; in ſubditos ac Gyganteę in deũ impietatis negociũ uideri queat. Verũ enimuero, ſi quis contra ex aduerſo perpendat,

dat, quanta malorũ ſeges apud nos Germanos intra paucos annos, ex tali lectione per Lutherum ſeminata, excreuerit, is profecto tuos Rex Epiſcopos merito iudicabit pios cordatos prudenteſq; ac fideliſſimos eſſe paſtores, qui oues ſuas a pabulo tam noxio prorſuſq; mortifero per Edictum arcere ſatagunt. At dicet Aleſius: Nunquid Euangelium uerba Chriſti & Apoſtolorum eius, pabulum ſunt noxium & mortiferum? Sed audiat breuiter. Secundum ſe quidem pabulum ſunt maxime & ſalutare & uitale, ſi bene accipiantur. Sin uero accipiantur male, non pabulum uitæ, ſed læthale uenenum accipientibus fiunt.

Euangelium qbuſdam noxium eſſe pabulum.

Ne mireris quæſo Rex, ita ſe habere circa ſacram ſcripturam, Chriſtus ipſe qui ſecundum ſe uere ſummum bonum eſt, poſitus erat in ruinam & in reſurrectionem multorum, ut ait iuſtus & timoratus Symeon. Quem & Paulus dicit Iudæis quidem ſcandalum, gentibus uero ſtultitiam: ipſis autem uocatis Iudæis & Grecis Chriſtum Dei uirtutem

Chriſtus. *Luc. 2* *1. Cor. 1*

& Dei ſapientiam eſſe prædicat. Et Pe-
1.Pet. 2 trus ait Chriſtum eſſe, credentibus qui-
dem lapidem uiuum, angularem, ſum-
mum, probatum, electũ, precioſum. His
uero qui offendunt uerbo nec credunt,
eundem Chriſtum dicit eſſe lapidem of
fenſionis & petram ſcandali, Sic & apo-
Apoſtoli. ſtoli erant Chriſti bonus odor, ſed ita, ut
2.Cor. 2 eſſent alijs quidem odor mortis in mor-
tem, alijs aũt odor uitæ in uitam. Quid?
nonne & panis uitæ, panis uiuus qui de
Ioan.6 cœlo deſcẽdit, panis de cœlo uerus, qui
datus eſt pro mundi uita, ut ſi quis man
Euchari- ducauerit ex hoc pane, uiuat in æternũ.
ſtia. Is tamen uſq; adeo ſalutaris & uitalis ſe-
cundum ſe panis, indigne accipientibus
1.Cor. 11 ſit panis mortis & iudicij? Qui.n. man-
Lex diui- ducat indigne, iudicium ſibi manducat,
na. ait Apoſtolus. Deniq; ipſa lex, dei digi-
Exod. 34 to ſcripta, de qua dicit Pſalmiſta, Lex do
Pſal. 18 mini cõuertens animas: Et beati qui am
& 118. bulant in lege domini: ſecundũ ſe quidẽ
Roma. 7 ſancta, iuſta & bona eſt, ut ait Paulus,
Mihi tamen legis mandatum, quod erat
ad uitam, inuentum eſt eſſe ad mortem,

quia per legem reuixit peccatum, quod
occidit. Stimulus enim mortis peccatũ 1. Cor.15
eſt, uirtus uero peccati lex. Sic & Euan- Roma.1
gelium uirtus dei eſt in ſalutẽ omni cre- Euãgeliũ.
denti, Verum ubi deus huius ſæculi ex 2.Cor.4
cæcauit mentes infidelium, adeo nõ ful-
get illuminatio Euangelij gloriæ Chri-
ſti, ut etiam ſit opertum in his qui pere-
unt. Et adeo non prodeſt ijs qui audiũt
aut legunt, & non faciunt, ut dominus
eis dicturus ſit: Nunq̃ noui uos, Diſce- Matt.7
dite a me oẽs qui operamini iniquitatẽ, Luc.13
imo plus uapulabunt ij qui ſciunt & nõ
faciunt q̃ alij qui & neſciunt & non fa-
ciunt. Quemadmodũ igitur acrius cor- Roma.2
ripit Paulus Iudæos, inſtructos per le-
gem, qui confidebant ſe eſſe duces cæco
rum, lumina eorum qui ſunt in tenebris,
eruditores inſipientium, atq; magiſtros
infantium, q̃ gentes quæ per legem in-
ſtructæ non erant, adeo ut dicat Iudæo,
Qui ergo alium doces, teipſum non do-
ces? Qui prædicas nõ furandũ, furaris?
Qui in lege gloriaris, per præuaricatio-
nem legis Deum inhonoras?

Nomen enim Dei per uos blaſphæma-
tur inter gentes. Verũ de gentibus lon-
ge aliam profert ſententiã, dicens: Cum
enim gentes, quæ legem non habent, na
turaliter ea quæ legis ſunt faciunt, eiuſ-
modi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt
lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptum
in cordibus ſuis. Ita etiam inter Chriſti
Acrius puniẽtur Euangeli-ci q̃ cæte-ri. anos ij multo & acrius corripientur, &
durius uapulabunt, qui in Euangelio
gloriantur, & per Euangelij prę uarica-
tionem deum inhonorant (Quales pro-
fecto apud nos maxime ſunt ſcioli illi,
qui nouum Teſtamentum Teuthonice
impreſſum legere præſumũt) q̃ alij qui
literarum ignari, opus Euangelij in fa-
ctis potius q̃ in uerbis oſtendunt, Qua-
2. Cor. 3 libus dicit apoſtolus: Quoniam epiſtola
eſtis Chriſti, miniſtrata a nobis & ſcri-
pta, non atramento, ſed ſpiritu Dei ui-
ui, non in tabulis lapideis, ſed in tabulis
cordis carnalibus. De quibus & Sapi-
Prouer. 2 ens ait: Dominus proteget gradientes
Ibi. 10. 11 ſimpliciter. Item: Qui ambulat ſimplici
ter, ambulat confidenter. Et rurſus: Vo-

luntas domini in his qui ambulant ſim-
pliciter.

Siue igitur tuo Rex iuſſu, ſiue Epiſco
porum tuorum authoritate publicatū
ſit Edictum illud, Ne quis Laicorum *Approba tio Edicti*
hoc tempore in lingua patria legat no-
uum Teſtamentum, Arbitror equidem
illud eſſe pium, æquum, iuſtum, ratio-
nabile, ſalutare, atq; etiam pro tempore
neceſſarium, ſi ſane intelligatur Epiſco-
porum intentio, quæ in ſequentibus cla
rius eluceſcet. Ipſi enim ſunt ij, quos
ſpiritus ſanctus per legitimam ordinati-
onem poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiā *Actu. 20*
dei, ut ait Paulus, quam acquiſiuit ſan-
guine ſuo, ut attendant ſibi & uniuerſo
gregi. Attendant inquam a pſeudopro- *Matt. 7*
phetis (hoc præſertim tempore, in quo
tot hæreſes, uel ex fauilla in lucem reuo-
cantur, uel ex diaboli ſuggeſtione de no
uo excogitantur) qui ueniunt ad uos in
ueſtimentis ouium, intrinſecus autem
ſunt lupi rapaces, quos a fructib⁹, quos
apud nos in Germania pepererunt, faci
le cognoſcunt. Debent igitur aduigila-

re, unuſquiſq; ſuper gregem ſuum, ſi boni paſtores eſſe uolūt, ne ouib⁹ ſuis obrepant lupi rapaces, hæretici, in ueſtimentis ouium, ſub prætextu ſcilicet Euangelij, quod a Luthero de ſubtus ſcamno ꝓtractum, & noua translatione in plus q̃ ſexcentis locis deprauatum peſſimos in Germania fructus peperit, ſeditiões, bella cruentiſſima, contentiones, diſſidia, ſectas, æmulationes, rixas, immundicias, uotorum præuaricationes, ſacrilegia, inceſtus, breuiter omnem illum uiciorum Catalogum, de quibus Apoſtolus pronunciat. Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur.

Gala. 5

A lutheri Euāgelio maxime cauendū.

Cum igitur Apoſtatæ (quos carnalis libertas, calcatis obedientiæ caſtitatiſq; & paupertatis uotis, Luthero conciliat) non aliud intendant Laicis in odiū Cleri obtrudere Euangeliū, q̃ quod Lutherus primū Teuthonice, deinde & latine tranſtulit. Tibi rex tuiſq; Epiſcopis maximopere attendendū eſt, ne ouibus ueſtris tam noxia pabula a pſeudo prophetis ꝓponatur, q̄bus infectæ, omne proti

nus & obedientiæ & diſciplinæ iugum excutiant, ſub prætextu libertatis Chriſtianæ, quam peruerſæ intelligunt ſecundum carnem, ut ab omni lege ſint liberi: nam ſecundum ſpiritum, ſicut Chriſtus ait: Si uos filius liberauerit, uere liberi eritis, a peccatis. ſ. nō a legibus. Non. n. Chr̃us, a legib⁹ ſiue ſecularib⁹ ſiue eccleſiaſticis eximit Chriſtianos, ſicut Lutherus impie ac ſeditioſe facit. Sed ait apte: Date Cæſari quæ ſunt Cæſaris, & Deo quæ ſunt Dei. Item: Quæ dicunt, facite. Item: Si non audierit Eccleſiam, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus.

Luthe. in Cap. Ba.

Ioan. 8

Matt. 22 & 23.

Ibi 18.

Nouum igit̃ Teſtamentũ, a Luthero in patriam linguã traductũ, uere pabulum eſt mortis, fomes peccati, uelamen malitiæ, prętextus falſæ libertatis, inobedientiæ prȩſidium, diſciplinȩ corruptio, morum deprauatio, concordiæ diſſipatio, honeſtatis interitus, uitiorum ſcaturigo, uirtutũ lues, rebellionis incendium, ſuperbiæ lac, eſca contemptus, pacis mors, charitatis peremptio, unitatis hoſtis, ueritatis perduellio. Si enim

Quale eſt Lutheri nou. teſt.

arbor ex fructibus cognoſcitur, nos certe Germani hos Lutherici Euāgelij fructus,ſupra 12.annos maxime patrię malo experti, uobis exemplo ac documento eſſe debemus,ut ſummopere pręcaueatis,ne paucorum Apoſtatarum ſcelere, Euangelium iſtud totam patriam ueſtram hiſce malis inuoluat.

Damna rerum ex Lutheri nouo teſt.

Nihil hic dico de damnis rerum, quæ ex hoc pertulimus Euangelio,dum populi noſtri pro nocentiſſimis iſce libris infinitam pecuniarū ſummā effuderunt ꝑdegerunt,perdiderūt,tot Centenis milibus exēplariū excuſis atq; diuenditis. Ex quibus nihil boni, mali uero plurimum ſunt adepti,officinā operāq; ſuam negligentes literati artifices, unde uictū pro uxoribus liberiſq; cōſequi debebāt. Neq; cōmemorabo ea mala,quę plęriq; ꝑpter hoc in corpore perpeſſi ſunt, dum cōtra magiſtratuū edicta uetitos legerēt libros,& ꝑpter eam tranſgreſſionē mancipati fuere carceribus, incluſi turribus, ære mulctati,patria proſcripti,aut aliud incommodum corporale paſſi.

Ea autem breuiter recenſebo mala, quę per eos libros in anima ſuſtinuerũt & maxima ex parte adhuc ſuſtinent. Primum atq; adeo maximum, peccatũ eſt inobedientiæ, quod emendo legendo audiendo comprobando incurrunt, contra utriuſq; poteſtatis publicum interdictum. Nam ſummus Pontifex in eiuſmodi tranſgreſſores decreuit in Bulla Apoſtolica Excommunicationem. Cæſar in Edicto Vuormacienſi Bannũ Imperiale, Sed & alij Epiſcopi atque Principes Catholici ſubditis ſuis præceperunt, ut eos uitent libros, ne habeãt ne legant, ne audiant legi. Quam graue uero ſit hoc inobedientiæ peccatum, diuinus explicat propheta Samuel dicẽs, Quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idolatriæ, nolle acquieſcere. Omnes igitur Germani (O latiſſima pditio, in qua infernus dilatat animam ſuam & aperit os ſuum, ut ait propheta, abſq; ullo termino) Omnes inquam Germani, qui uetitos hoſce legerunt aut adhuc hodie legunt libros, nõ

Quanta peccata ex no. teſt. lutheri.

1. Reg. 15

Latiſſima animarum pditi.

Eſa. 5

ut reprehendant,ſed ut approbēt & ad-
diſcāt.q ſic habēt,qui cōprobāt audiūt
ue,cōtra utriuſq; poteſtatis Edictū, Ex
cōmunicati ſunt, ab Eccleſiæ unitate &
ſanctorum cōmunione ꝑciſi,facti mēbra
mortua & palmites arefacti, Et ꝑ inobe
dientiā obnoxij ſunt peccato ariolandi
Deu.18 quod abominat̄ Deus,ut ait diuina ſcri
Ib.c.7 ptura,peccato itē idolatriæ,ꝑ quod co-
Rom.13 ram Deo anathema facti ſunt, eadē te-
ſtante ſcriptura. Deniq; iuxta Diui Pau
li Apl'i ſententiā quia poteſtati reſiſtūt,
Dei ordinationi reſiſtūt,atq; ideo dam-
nationē ſibi acquirunt. Hec nō Apolli-
nis,ſed diuini ſpirit⁹ueriſſima ſunt oracu
la,non ex Platone aut Ariſtotele, ſed ex
ſacris literis prolata. de quibus dubitare
Chriſtiano fas non eſt.

3.Reg.12 Quod igitur 10 tribus filiorū Iſrael
Lutheri fuerūt duo uituli aurei, quos Hieroboā
no. teſta. poſuit, unū in Bethel, alterū in Dan,
ut idolum Hoc ī Germania Lutheranis eſt Nouū
eſt. Teſtamentū quod in uernaculā trāſtu-
lit linguā Lutherus, Per hoc enim rece-
1.Tim.3. dunt a domo Dei q̄ eſt Eccleſia Dei ui-

tui,ut ait Apoſtolus,colũna & firmamẽ tũ ueritatis. Hoc eſt ergo ꝓdentiũ pereũ tiũq; ac ꝑditorũ Idolũ,quod extra & cõ tra Eccleſiã colũt Lutherani, per ſcelus Idolatriæ ꝑ inobedientiã, per Eccleſiæ cõtemptũ,per ſcandala fratrũ, ꝑ hære-ticã cõtentionẽ,ꝑ ſupbię criſtas ut plus ſapiant q̃ oportet,per imodeſtię cornua quæ in Chriſti ſacerdotes inde ꝓtendũt ut eos redarguãt,per charitatis læſionẽ in ſchiſmate,per mille in Ro. Eccleſiam blaſphemias, Deniq; per ueritatis cõcul cationẽ,dum hęretico ſenſu textũ depra uant & adulterãt. Nam ſtatĩ in ueſti-bulo prologi ſic docet eos ſaxonicus iſte Hieroboam In primis (inquit) abolẽda eſt hæc opinio Quatuor eſſe Euange-lia & Quatuor dũtaxat Euangeliſtas. Et omnino reijcienda eſt iſta quorundã diuiſio,qua Noui Teſtamẽti libros diui dunt in Legales, Hiſtoriales. Propheta les & ſapientiales. Et infra. Vide igitur ne ex Chriſto Moſen quendam facias, neque ex Euangelio legis aut Do-ctrinæ librum, ſicut hactenus factum

Verba Lutheri

eſt, atq; etiam ſancti Hieronymi quidā Prologi ſic ſonant, Euangelium enim utiq; non poſtulat opera noſtra, ut per ea boni beatiq; reddamur, immo damnat talía opera ſed poſtulat ſolummodo ſidem in Chriſtum, ꝙ is pro nobis uicerit peccatum, mortem & infernum. Et rurſus, Iohannis (inquit) Euangelium eſt unicum, uenuſtum, uerum & principale Euangelium, atq; alijs tribus longe ac longe preferendum & ſuper exaltandum, ſic & ſancti Pauli ac Petri Epiſtolæ longe ſupra tria Euangelia Matthęi, Marci & Lucę precedunt. Hæc in ueſtibulo.

Deprauatio textus

Quantum uero malignitatis ac deprauationis in proceſſu circa textum totius noui Teſtamenti perpetrauerit, nemo ſatis explicare queat, Certe Anteceſſor meus fęlicis memorię Hieronymus Emſerus, affirmauit, ſupra Mille ac quadrīgenta loca ab eo deprauata fuiſſe. Ipſe nominatim ſupra DC. loca in ſuis emendauit annotationibus, in publicū editis. Noui preterea quendam Epiſco

pum noſtratem, qui collegerit circiter 900. loca quæ reprehendenda erant, quamuis adhuc lōge abeſſet finis. Multum preterea prauitatis peruerſitatis & impietatis adiecit nequiſſimus iſte noui Teſtamenti deprauator & falſarius in annotationibus marginalibus. Verbi gratia, ſuper iſtud uerbum domini. Qui ergo ſoluerit unum de mandatis iſtis minimis, ſic ait in Margine Lutherus. Ita facit Papiſtarum turba dicens, hæc pręcepta Chriſti non eſſe præcepta ſed conſilia. Item ſuper illud, Euntes autem diſcite, quid eſt, Miſericordiam uolo & nō ſacrificium, ſic annotauit in margine: Quia hæc tantummodo ſunt opera bona quæ in commodum proximi cedūt: Cantus, ieiunia, oblationes deus nihil curat. Itē ſup illud. Oīs plantatio, quā non plantauit pater meus cęleſtis, eradicabitur, ſic annotauit egregius iſte interpres. Omnia opera, quę deus in homine non operatur, peccata ſunt, & hic conſpicitur, ꝙ prorſus nihil poſſit liberum arbitrium. Et ſuper illud. Cum uideritis

Annotationes corruptæ

Math. 5

Matth. 9.

Mat. 15.

Mat. 14

abo͞iatione͞ deſolationis, quę dicta eſt, a Daniele Propheta, ſtãte͞ in loco ſancto h⁹mo͞i appoſuit annotationem. Hanc (inquit) abominationem coram Deo, pulchrã oportet habere exteriore͞ facie͞ ſanctitatis, qua uera ſanctitas deſolatur, Sicut eſt regimen Papę, & ſic olim erat Iudęorum ac gentium Idolatria. Hunc in modum fœdiſſime ſuggillat per totũ proceſſum, ſedem Apoſtolicam, ſtatus monachorũ, cerimonias & bona opera

Epiſtola Ducis ſaxoniæ Georgij contra noteſt. Lutheri.

Hac de ſre pulcherrima extat Epiſtola Teuthonice edita, Illuſtriſſimi iuxta atque piiſſimi Prĩcipis Dñi Georgij, Ducis ſaxonię, Lãtgrauij Turingię & Marchionis Miſniæ, Domini mei Clementiſſimi, qui profecto tanta eſt uitæ integritate, morumque honeſtate, ſapientia, iuſtitia, caſtitate, rerum experientia ſobrietate, religione ac pietate, ut iunioribus Principibus atque adeo Regum liberis, recte ac ſalubriter inſtituendis, haud immerito poſſit proponi uelut ſpeculũ & exemplar. Sic enim Vulgo nota eſt cunctis illius probitas, ut ne Inimici qui

dem ulla in eũ auſint confingere crimi-
na, Et Lutherus, audaciſſim⁹ alioq Po-
teſtatũ cõtẽptor, impudẽtiſſimusq; Re
gũ ac Principũ criminator, & huic Prin
cipi p̄ cũctis infenſiſſimus, q̄q̄ multis p
uarios libellos cõuicijs in eũ publice in-
uehi nõ erubuit, nullũ tñ crimen ei op-
probrare aut obijcere unq̄ auſus fuit, ni
ſi q̄ falſo uocat eũ tyrannũ & perſequu-
torem Euangelij, propterea, q̄ ſapien-
tiſſi. ac religioſiſſ. Princeps iſte nuſq̄ in
puincijs ſuis pmittit Lutheri doctrinam
impiam uel ex libris legi uel p cõcione
doceri, quã ille impudenter iactitat Euã
gelium eſſe ac uerbũ Dei. Cũ ergo ta- *Laudabi-*
le ſit Nouũ teſt. a Luthero in uernaculã *le Epiſco-*
linguã Germaniæ populis translatũ, q̊ *porũ Edi*
inumerę pereũt animæ. Vides, credo, iã *ctum*
Rex Inclite, q̄ laudabilis ac neceſſaria
ſit iſta tuorũ Epiſc. uelut bonorũ paſto-
rũ, diligẽtia, cura, puidentia, ſolicitudo,
qua p ſalutare ſũmeq; utile & neceſſariũ
Edictũ pſpicere ac precauere ſatagunt,
ne quis Apoſtatarum populis tuis, oui-
bus ſuis, tam funeſtũ & exitiale pabulũ

proponat. Neqꝫ enim dubium eſt, Apo-
ſtatas non aliud ꝙ Lutheri nouum Te-
ſtamentum tranſlaturos eſſe in patriam
linguam, ſi quam transferendi facultatē
nacti fuerint. Quod ſi fortaſſe putaueris
nihil periculi prę foribus eſſe a nouellis
regni tui exulibus & profugis Apoſta-
tis, eo ꝙ linguę Germanicę ſint ignari
ideo ꝙ Lutheri trāslatiōe uti nō poſſint
Multum profecto hęc te Rex fallet opi
nio. Nam Lutherus, ut exteris quoqꝫ
Natiōibus hac fraude imponere queat
iam pridem ipſe in latinum ex Teutho-
nico ſuo nouum Teſtamentum tranſtu
lit. Scit enim callidiſſimus nebulo, nullū
eſſe librum Chriſtianis gratiorem opta-
tioremqꝫ Nouo Teſtamento.

Libertas Lutherica facere qđ libet.

Cum uero liber iſte ab eo multiplici-
ter ſit corruptus, deprauatus atqꝫ ad im-
pias hęreſes ſuas detortus, multiplicem
ex eo capit malicię fructum. Nam leues
& inſtabiles in fide hoīes mox per illud
in ſectam ſuam carnalem trahit, qui cū
antea non uita & opere ſed nomine tan-
tum Chriſtiani ſint, gaudent ſibi tam
ſpecioſum

ſpecioſum offerri titulum, Euangelij.ſ. & uerbi dei, quo uideant honeſte ab Eccleſiæ iugo ad libertatem Euangelicam tranſire, quam falſo putant in hoc conſiſtere, ut libere facias quicquid libet, & cũ impura Antonini Caracellæ nouerca dicas, ſi libet, licet. Hac maliciæ libertate facile lucratur plurimos Lutherus, quibus in Eccleſia non leue onus nec ſuaue iugum domini uidetur, quia carnales ſunt & uẽditi ſub peccato, uacui charitate, quæ patiens & benigna eſt atq; omnia ſuffert & ſuſtinet, ut ait apoſtolus. Tales igitur libenter ſub Euangelij titulo ad Lutherum tranſeunt. Laici quidẽ ut liberi ſunt ab onere confitendi peccata occulta, ab agenda pœnitentia a ieiunijs, ab orationibus, ab audiendis miſſis &c. Presbyteri uero & Monachi multo magis gaudent ea tranſitione liberari a uoto caſtitatis ut liceat eiſq; uxorem ducere unam aut alteram, atq; etiam tertiam & quartam, ſi libeat, a iugo obedientiæ, ne amplius ſubiaceant Imperijs Epiſcoporum, Abbatum, Decanorum & Pri-

Vide Aeliũ Sparcianum.

Mat. 11
Eſa. 50

1. Cor. 13

Carnales poſt ſe trahit Lutheruſtum laicos cum clericos.

orum,ſed faciant libere quod uelint, dormiant totas noctes in amplexibus mulierum,crapulent tota die,libere, ſine metu,ſine pudore. Lutheri enim Euangelium eos liberat ab omni uoto, ab omni pœnitentia,ab omni officio,ab omni lege & regula,a nocturnis uigilijs, ab horis Canonicis,a miſſarũ celebrationibus a ſtatutis ieiunijs & orationib. In eo em̃ Euangelio nulla ſunt merita, ſola fides iuſtificat,opera deus nihil curat.

Luthe. in cap. Bab.

Exteris ab hoc Euan. cauendum.

Cum igitur in omni gente & natione quæ ſub cœlo eſt, multo plures ſint homines mali ꝙ boni, & ſtultorum infinitus ſit numerus,ut ait Salomon, & mobile uulgus inſita leuitate facile mutetur de uno in aliud,ſcriptum eſt em̃ : Homo ſenſatus in ſapientia manet ut ſol,ſtultus uero ſicut luna mutatur. Maximopere profecto proſpiciendum eſt apud exteros,ad quos Lutheri Euangelium nondum peruenit publice, ut religioſi Reges & Principes ſimul cum Epiſcopis p̃caueant,ne ab Apoſtatis nouũ Teſtamentũ Lutheri,tot impietatibꝰ pregnãs

Eccle. 1

Ecclci. 27

in uernaculã linguã tranſlatum, in po-
pulos fideles diſſeminet. Niſi.n. caute ꝓ
ſpexerint, proculdubio rei corã deo erũt
oĩm animaꝝ, q̃ p̃ſentiſſimo Aconito illo
perituræ ſunt. Sic.n. ait dñs per Ezech. Ezech.33
prophetam: Terra, cũ induxero ſuper eã
gladium, et tulerit populus terræ uirum Speculatores ſuper populum Rex & Epiſcopi.
unum de nouiſſimis ſuis, & conſtituerit
eũ ſup ſe ſpeculatorẽ, & ille uiderit gla-
dium uenientẽ ſup terram, & cecinerit
buccina, & annunciauerit pplo. Audi-
ens aũt, ſi quis ille eſt, ſonitũ buccinæ &
nõ obſeruauerit, ueneritq; gladius & tu
lerit eum, ſanguis ipſius ſup caput eius
erit, ſonũ buccinæ audiuit, & non ſe ob
ſeruauit, ſanguis eius in ipſo erit, ſi aũt ſe
cuſtodierit, animã ſuã ſaluabit. Quod ſi
ſpeculator uiderit gladium uenientem,
& nõ inſonuerit buccina, & populus ſe
nõ cuſtodierit, ueneritq; gladius & tule
rit de eis animam, ille quidem in iniqui-
tate ſua captus eſt, ſanguinem autem e-
ius de manu ſpeculatoris requirã. Hinc
uides Rex Inclyte, quanta tibi tuiſq;
Epiſcopis a Deo iniuncta ſit, tanquam

ſpeculatoribus ſuper populum dei conſtitutis, neceſſitas ſpeculandi ac prouidendi, ne gladius iſte Luthericus (quem frigeſcente fide & charitate multorum peccata noſtra ex iuſta dei ira et indignatione meruerunt) ueniat ad uos & auferat animas plurimas, quarum ſanguinē deus ex manibus ueſtris requiſiturus ſit.

Reges antiquitus dicti paſtores populorum. Non em̄ ſoli Epiſcopi, ſed & Reges antiquitus paſtores populi ſpeculatoresq́ʒ dicti ſunt, ut Menelaus Rex apud Poëtas, Vt Dauid rex apud Iudæos, de quo ſcriptum eſt in libro Pſalmorum: Et elegit Dauid ſeruum ſuum, paſcere Iacob ſeruum ſuum, & Iſraël hæreditatem ſuam. Et pauit eos in innocētia cordis ſui, & in intellectibus manuum ſuarum deduxit eos. *Pſal. 77* Item in propheta: Et ſuſcitabo ſuper ea paſtorem unum qui paſcat ea, ſeruum meum Dauid, ipſe paſcet ea, & ipſe erit eis in paſtorē. *Ezec. 34* Debent igitur & Reges prouidere, ut recte paſcantur populi. *Prouidere efficaciter.*

Tunc autem recte prouiderint, quando non ſolum nudis Edictorum uerbis

prohibent eiuſmodi libros,ſed etiam effi caci diligentia rem exequuntur. Ita em̃ fiet,ut ubi in paucos tranſgreſſores iuſta ſeueritate animaduerterint, plurimorũ animas conſeruent. Quemadmodum apud nos Archiepiſcopus Treuerenſis fecit,qui cum unum & alterum Bibliopolam,qui Luthericos afferebat libros, in Rhenum proijci curaſſet ſimul cum libris noxijs, ea paucorum pœna cæteros,ne importarent, abſterruit, & p hoc populos ſuos ita conſeruauit in fide & unitate Eccleſiæ,atq; etiã in pace & obe dientia ciuili, ut ruſtici eius permanſerint quieti,quando omnes aliorum prin cipum & Epiſcoporum ruſtici in tumul tus conſurgebãt. Quamuis enim & alij propoſuerint Edicta,quibus uetabant, eiuſmodi libros importari, uendi ac legi. Non tamen ſatis efficaciter executi ſunt ſicut ille. Ideo iuſto dei iudicio plus damni acceperunt.

Quod ſi Conſiliarij tui (paucæ enim Aulæ Chriſtianorum principum penitus mundæ ſunt a carnali hoc Lutheri *Obiectio.*

ſermento) ſuggeſſerint Celſitudini tuæ, inuidioſas Apoſtatarū uoces, quib⁹ quiritantur (ſicut in ſua quiritatur Epiſtola Aleſius Vuittenbergæ) impium eſſe, prohibere edicto lectionem ſacrorū librorū, infamiā regno tuo pari, ſi arceantur homines a Chrī oraculis, ne populus Chriſti beneficia cognoſcat. Cum hoc Turcarum potius ſit & aliarum gentium quæ inimicæ ſunt nomini Chriſtiano, Celſitudo tua optimo iure ac ueriſſime reſpō

Solutio. dere poterit. Nouum Teſtamentum Lutheri, nō ſacros, ſed execrabiles & execratos eſſe libros, qui utiq; regno tuo & infamiam & omne malū allaturi ſunt, ſi admiſſi fuerint. Nam Chriſti oracula in eis multipliciter ſunt deprauata & ſacrilego auſu temerata, nunc inuerſo textu per additionē & ademptionē, tunc adulterato per hæreſim ſenſu. Nō igit̄ Chriſti, ſed ſatanæ Euangeliū eſt nouū Teſta

2. Cor. 11 mentū Lutheri. In quo ſicut ſatanas trāſfigurat ſe in angelū lucis. Ita Lutherus, operarius ſubdolus transfigurat ſe in Apoſtolū Chrī, imo ſe Apoſtolis Chriſti

(ut eſt impudentiſſimæ philautiæ) non minus fatue ꝙ̄ impie p̄fert, dum iactitat clarius a ſe Euangelium prædicari ꝙ̄ ab Apoſtolis prædicatum fuerit.

Luthe. in Ser. de deſtructiõe Hieruſalẽ

Nec hoc nouum aut inuſitatũ, multo m... iniquũ & irrationabile reſponſum ... i debet: Quandoquidẽ & ſanctiſſimus Hiero. eiuſdẽ iã olim fuit ſententiæ: Marcion (inquit) & Baſilides & cæteræ hæreticorꝫ peſtes, nõ habent dei Euangeliũ, q̄a nõ habent ſp̄m ſanctũ, ſine quo humanũ Euangeliũ nõ docet. Nec putemus in ꝟbis ſcripturaꝝ eſſe Euangeliũ, ſed in ſenſu: nõ in ſupficie, ſed in medulla: non in ſermonũ folijs, ſed in radice rationis. Hæc Hiero. Sic & Tertullianus Hiero. longe antiquior, de corrupto Martionis euãgelio ait: Humanę temeritatis, nõ diuinę authoritatis negotium eſt hęreſis, quæ ſic ſemp̱ emendat Euangelia dum uiciat. Habet plane & Martionis Euangeliũ Eccleſias, ſed ſuas tã poſteras ꝙ̄ adulteras. Quaꝝ ſi cẽſum requiras, facilius apoſtaticũ inuenias ꝙ̄ apoſtolicũ. Et in alio loco: Illic (inquit)

Hiero. in epiſto. ad Gala. Et in decre. 1. q. 1. cap. Martion

Tertulli. aduerſus Martionẽ lib. 3

Idem de præſcrip. hæretico.

et ſcripturarũ et expoſitionũ adulteratio deputanda eſt, ubi diuerſitas inuenitur doctrinæ. Quibus fuit propoſitum ali‑ter docendi, neceſſitas inſtituit aliter di‑ſponendi inſtrumenta doctrinæ. Alias enim non potuiſſent aliter docer[illegible]ſi a‑liter haberent per quæ docerent.

Apoſtatæ organa diaboli ſunt

Summopere ergo cauendum eſt, Rex ſecundum ſapientiam & pietatem a deo Opt. Max. tibi datam, ne hac in re hu‑manam fraudem contra ſana Epiſcopo‑rum tuorũ conſilia imponere tibi ſinas. Apoſtatæ, ab Eccleſia præciſi, deo mor‑tui, diabolo uiuunt, & ad om̃ia mala ſer‑uiunt, uelut organa uiua. Cum uero is ſit mille artifex, uti uulgo dicitur, mille nocendi modos per organa ſua excogi‑tat. Ad hæreſes autem propagandas, in quibus maxima animarum perditio in maximum eius lucrum cedit, non ſim‑plices eligit aut Idiotas, ſed eos præci‑pue qui ingenio pollent ad nouas inuen tiones, qui eruditione præſtant in diſpu tationum congreſſibus, qui eloquentia ualent ad ſubuertendos in concione po‑

pulos,qui ſtilo deniq; nitent ad trahendos de lōginquo in ſectam lectores. De qualibus ſane Dn̄s ipſe ait, filij huius ſeculi prudentiores filijs lucis in generatiōe ſua ſunt. A talibus igitur præcipue cauendū eſt,hoc p̄ſertim tēpore,In quo Lutherus per carnalem libertatē omnes quibuslibet uoluptatibus feneſtras & uerbo & exemplo adaperit:ſciens multo plures ubiq; reperiri,qui ſecundū carnem q̄ qui ſecundum ſpiritum uiuunt. Luc.16

Itaq; nihil admirationis te habeat, q; hæreſis eius longe lateq; diſſeminatur, Nam populo placentia dicit. Multi enī ſunt uoluptuoſi & oberati,qui ad res nouas reſpiciunt,& in corde ſuo Apoſtatis dicūt illud Eſaiæ,Loquimini nobis placentia, uidete nobis errores. Deinde allicit Laicos ad occupanda Clericorum & Monachorum bona, Clericos uero & Monachos ad libertatem carnis, Et ad hęc allectamenta ſuperaddit adminicula perq; ualida & oportuna, eloquentiā popularē & artis impræſſoriæ in multiplicādis exemplaribus uelocitatē, Vnde

Vnde multos ſectatores habet Lutherus

Eſa.30

ſit, ut uenenoſa iacula & ignea huius Draconis tela ꝙ citiſſime transuolāt in omnem terrā, & ubiq; inueniunt quos inſiciant & incēdant libidine carnis, cupidine famæ ſpe dominādi odio in Clerum, inuidia in præpoſitos.

Moleſtiā principib⁹ parit no. teſta. Lutheri.

Nihil igitur dubito in regno quoq; tuo non paucos eſſe in occulto Lutheranos, qui Celſitudini tue ſuggerent, non prohibendum eſſe laicis uerbū Dei, per quod intelligi uolunt, Nouū Teſtamentum Lutheri, quo nihil eſt efficacius ad teterrimā hanc hæreſim diſſeminādam ſub ſpecioſo Euangelij titulo atq; dulciſono uerbi Dei prætextū. Hoc ſi admiſeris, plenas peſſimarū mercium naues admiſiſti. Si prohibueris, Tyrannidis accuſaberis in occulto a rerum nouarū cupidis Lutheranis. Dicent te Herodē, perſequutorē Chriſti, ſeruū Ro. Pontificis, mancipium Epiſcoporum, patronum luxus Clericorum & quid non? Quid enim criminationis In Catholicos Principes non didicerunt a Luthe

ro? Miras profecto apud nos tragœdias is per nouum Teſtamentum ſuum exci tauit, Vbi enim admiſſum fuit, ibi mox peperit omnia mala quæ ſupra ſunt cō- memorata, Vbi uero admiſſum non fuit ibi amarulentis calumnijs animos popu lorū in ſuos Principes exacerbauit Lu- therus, Edicens ſub pœna mortis eter- næ eum librum habentibus, ne iubenti- bus Dominis ſuis traderent librū, quo tradito, traderet Pilato & Herodi Chri- ſtus, Iactitat enī impius Apoſtata, Ger- manos antea nūquam uerum habuiſſe Euangelium & uerbum Dei.

Luthe. de poteſtate ſeculari.

Quæſtio de quauis Transla- tione no. teſt.

At dices Aleſius, non petere ſe, Lu- theri nouum teſtamentum, ſed aliud, ſic enim callide diſſimulat ſe Lutheranę factionis eſſe, ut per totam Epiſtolam ne ſemel quidem Lutheri mentionem fecerit. Sed eſto, petat aliud. Quod ergo? Quod Græci habent? At illud In plæriſq; locis aliter Hieronymus, aliter Eraſmus Roterodamus, aliter Lutherus in Latinum tranſtulerunt

Cui ergo potius acquieſcendũ ſit? Si di-
cat, Hieronymo, cuius translationẽ rece
pit & approbauit tot ſeculis Roma. &
Catholica Eccleſia, alij pro alijs cõtẽdẽt
longo contentionis fune rem in dubiũ
tractari, preſertim Lutherani, qui Eccle
ſiæ iudicio atq; autoritati nihil deferunt
Sed eſto, ꝙ Hieronymi translatio una-
nimiter ab omnibus preferatur & reci-
piatur, cuius autoritatẽ Eraſmus quoq;
reuerenter agnoſcit, Nunquid mox om
ne dubium faceſſet aut ceſſabit? Nõ pu-
to equidẽ, Quia nõ minus dubitare lice
bit de trãslatiõe ex lingua latĩa in ſcoti
cam ꝗ̃ de Greca in latinam, Quis ergo
erit translationis autor? Si Epiſcopũ aut
Monachũ quẽpiã, uulgari ad populũ
ſermone diſertũ atq; exercitatũ, ad hãc
rem uelut idoneum elegeris, protinus
reclamabit cum ſuis in occulto conſorti
bus Aleſius, & dicet, ſacras literas pug-
nare cum impijs & ſacrilegis (ſic enim
ſcribit) Epiſcoporum & Monachorum
opinionibus quas ipſi per ambitionem
aut uentris cauſa defendunt, Qui de lo-

cis maxime neceſſarijs ad pietatē,in ſuis concionibus aut nihil dicunt aut falſa tradunt. Has & id genus cōplures in Epiſcopos & Monachos calumnias,populo in ſuſurrabant Lutherani in occulto,ut adimant⁊ & trāslatori autoritatē & translationi fidē. Sin uero Aleſium aliumue Lutheranū huic pſeceris negocio,ueritatē prodidiſti oues lupo cōmiſiſti,qui ut ingenioſus uideatur,Luthericæ malicię nō nihil ſuper addet,Quēadmodū In Anglicana translatione, De qua ſuperius dictū eſt factū fuiſſe audiui ferunt enim eruditiſſimū quendā Epiſcopum Londini publice dixiſſe, ſupra Duo Milia erratorum in ea translatione reperiri.

Si uis ergo Rex priſtinā In populis tuis conſeruare, in fide & unitate Eccleſiæ,concordiā,pacem,tranquillitatē placidum in pietate & cultu diuino conſenſum,credendi certitudinem, & cuncta Eccleſiaſticæ diſciplinæ bona(Quæ nobis Germanis ſceleratiſſime turbauit ac pdidit Lutherus)deſiſte ab hoc transla-

Abſtinendum hoc tempore a translatione.

tionis negotio, hoc preſertim tempore. Quia longe plus mali & deſtructionis ꝙ boni aut ædificationis inde futurum eſſet. Nam & optima atq; prorſus indubitata translatione abuſuri ſunt Lutherani ad contentiones & quæſtiones de fide contra Epiſcopos & Monachos, quos populo ſuſpectos faciãt, tanꝙ eos qui ueritatem non doceant, ſed uentris cauſa eam ſubticeant & in iniuſtitia detineant. Arrepta igitur translatiõe, quã cumq; dederis in patria lingua, multa & uaria populo, q legere didicit, loca ſcripturæ ſacræ indicabunt, quę pro Lutheri dogmatibus ſecundum literam ſonare uideantur aut ſi minus ita ſonent, falſo tamen argutiarũ inuolucro ad eum ſenſum, quem uolunt, detorquebunt.

Errores ex textu male intellecto.

Ro. 14.
Cor. 10.

Verbi gratia, ubi in epiſtola Pauli ad Romanos legerint, Iuſtus ex fide uiuit. Item Credidit Abraham Deo et reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Item Corde creditur ad iuſtitiam. Ex his mox inferent impia Lutheri dogmata contra Eccleſiæ ſacramenta ꝙ neq; dent gratiã

neq; iuſtificent, & contra bona opera luthe. in
ꝙ nihil proſint ad iuſtitiã coram Deo aſſertione
neq; ulla habeant merita in cælis, ſed ſo arti. 1
la fides iuſtificet. Ita eni argumẽtari eos
docet Luther9. Iuſtus ex fide ſua uiuet,
non dicit, Iuſtus ex ſacramentis uiuet.
Corde creditur ad iuſtitiam, non dicit,
Corpore ſacramenta ſuſcipiuntur ad iu-
ſtitiam. Vnde alibi ait aperte. Baptiſm9 luthe. In
neminem iuſtificat nec ulli prodeſt, ſed Captiui.
fides in uerbum promiſſionis, cui addi- Babylo.
tur baptiſmus. Hinc errandi occaſionẽ
acceperunt miſeri Anabaptiſtæ noſtri,
qui uidentes in paruulis non eſſe fidem
propriam qua promiſſioni diuinæ cre-
dant, putant eis nihil prodeſſe baptiſ-
mum.

Rurſus ubi legerint In eadem Pau-
li ad Romanos epiſtola. Concupiſcen-
tiam neſciebam eſſe peccatum, niſi lex
diceret nõ cõcupiſces. Itẽ Condelector
legi Dei ſecundũ interiorẽ hominẽ, ui-
deo aũt aliã legẽ in mẽbris meis, repug-
nantẽ legi mẽtis meæ, & captiuantẽ me
in legẽ peccati Item, Igitur ego ipſe mẽ-

te ſeruio legi Dei, carne autē legi pecca-
ti. Ex his itidem multa ſecundū Luthe-
ri doctrinā dogmata impia inferent &
concludent, nēpe in paruulis poſt bap-
tiſmum remanere uere peccatum, fomi-
tem peccati etiam ſi nullum aſſit actua-
le peccatum, remorari animam a corpo-
re exeūtē ab ingreſſu cæli, In omni ope-
re bono peccare iuſtum, Item Opus bo-
num optime factū eſſe peccatū ueniale
imo & mortale ſecundū iudiciū Dei, ue
niale autē ſecūdū miſericordiā Dei, infe
rent ergo ulterius, nulla eſſe bonorū ope
rum merita coram deo, nec ulla in cælis
præmia. Neminē non certiſſimū eſſe de
bere, ꝙ ſemper mortaliter peccet, ſi ſua
uita ad iudicium dei cōparetur, Liberū
deniq; arbitrium poſt peccatū eſſe rem
de ſolo titulo, imo (nam ſeipſum in malis
nō raro male corrigit Lutherus ut prio-
ra dicat) lib. arbitrium eſſe merū figmen
tum in rebus, ſeu titulum ſine re. Quia
nulli ſit in manu ſua, quippiam cogitare
mali aut boni, ſed omnia de neceſſitate
abſoluta euenire.

Luth. in aſſertiōe arti. 2. 3. 31. 32. 35. & 36

Error de lib. arbi.

Hæc

Hæc & id genus plura ex eiuſmodi uerbis Pauli elicere docet Lutherus, per quæ ſimplex populus a Lutheranis in occulto citius faciliuſq; ſubuertetur q̃ Celſitudo tua aut Epiſcopi tui perſentiſ re q̃ant. Mala. n. in nobis citius capiũt q̃ bona, propter corruptum naturæ noſtrę ſtatum. Iuxta illud ſcripturę, Cuncta cogitatio cordis intenta eſt ad malum om̃i tẽpore. Itẽ: Senſus & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcẽtia ſua. Vbi ergo ſemel ceperint ſimpliciũ corda impietates huiuſmodi, non niſi difficillime atq; tardiſſime poterunt inde reuelli aut penitus extirpari. Nam ſi breuiter dixerint eis Epiſcopi presbyteri aut Monachi, talia dicta eſſe erronea, eſſe hæretica & ab Eccleſia in Concilijs damnata, nihil eis credent, quia a Lutheranis in occulto audiẽt, illos nihil in ſcripturis intelligere, nihil recte ſapere & Concilia ſæpe contra ſcripturas erraſſe. Cæterum a parte Lutheri ſtare Euangelium & uerbum dei quod ſit omni creatura certius, cui magis proinde creden

Homines ad malum proniores q̃ ad bonum.

dum ſit quam toti mundo, ne dum indoctis Epiſcopis presbyteris & Monachis. Si quis autem conetur eiuſmodi errores exacte per ſcripturas ad longum confutare, ſicut pijſſime ſimul & doctiſſime fecit Iohannes Fiſcherus Epiſcopus Roffenſis in Anglia, eius ſcripta aut proterue cõtemnent atq; reijcient, uel abſq; ratione, ita ut nec legere, ne aſpicere quidẽ dignẽtur, aut uelut Papiſtica habebunt ſuſpecta, aut propter prolixitatem legere faſtidient, aut propter difficultatẽ ac ſublimitatem argumenti intelligere nõ poterunt.

Iohannes Fiſcherus Epiſcop9 Roffen.

Hæc nos Germani iã pridẽ oĩa nimiũ experti ſumus, Neſciebamus antea, quãtam habeat uim illud Sapiẽtis dictum: Impius cum in profundum uenerit peccatorum, contemnit. Nunc uero re ipſa cognoſcimus, tam ſuperbum eſſe omniũ contemptorẽ Lutherum, ut nemo magis contemnere queat, Ab initio quidẽ huius ſuæ Tragœdiæ monita Papę quibuſdam excuſationibus ludebat. Aduerſariorum ſcripta ſannis & conuicijs irri-

Prouc. 18

Quantus in Luthe. cõtempt9 omnium.

debat, non tamen ſine ſcripturis & ratio nibus. Vbi uero populorum fauorem et applauſum animaduertit, mox ruptis omnibus modeſtiæ ac uerecundiæ habenis, omnes uelut uictor, ex æquo cõtemnere cœpit, & quidem iniurioſiſſime, Papam ut Antichriſtũ, Roma. Eccleſiã ut Babylonẽ impiã, Cęſarẽ ut ſaccum uermium, Regem Angliæ ut indoctũ Thomiſtam & iniquum regni poſſeſſorem, Celeberrimas uniuerſitates Pariſienſem Lauonienſem & Colonienſem, ut ſophiſticas meretrices, Doctores ut ſtercora, Principes ut uaccę tumentes aquæ bullas, Epiſcopos ut Papæ aſinos &c. Deniq; in tantum ſuperbiæ culmen aſcendit, ut amplius neq; latine ſcribere, neq; aduerſarijs reſpondere, ne uidere quidẽ eorum libros dignetur.

Nec multo minori tument cõtemptu eius cõplices & aſſeclæ, q cũctos Catholicos doctores ꝓ idoctis uelut brutas beſtias reputant & p̃ ſe cõtemnunt. Pplus deniq; lutheranꝰ ĩ uniuerſum adeo ꝑteruit, ut unuſq́ſq; eoꝝ, q lutheri nouũ teſt. *Superbia Lutherano. omnium.*

perlegerit, exiſtimet ſe cunctis Papiſtis (ita uocant Catholicos) in ſcripturarum intelligentia præferendum. Vnde factũ eſt, ut non ſolum ſutores, Pelliones, ſartores, lanij, cerdones, cultrifices, & id genus alij uel uiliſſimi ac ſordidiſſimi quiq; ex infima plebe artifices, qui modo Teuthonice ſciunt legere, petulantiſſime per noui Teſtamenti librum, quem e ſinu proferunt, paſtores ſuos & Monachos concionantes inceſſant & redarguant, Verum etiam nobiles matronæ eo leuitatis per contemptum deueniunt, ut ad diſputationis duellum Theologiæ Doctores, abiecta muliebri uerecundia, prouocare auſint, Quarũ una, nomine Argula, totam Vniuerſitatem Ingolſtadienſem (licet in ea eſſet doctiſſimus Theologus Iohannes Eckius, qui ne a Luthero quidem, & Oecolampadio diſputationibus uinci potuit) ad congreſſum diſceptandi propoſitis thematis procaci contemptu euocare non erubuit. Sed non tulit eam indignitatẽ Illuſtriſſimus utriuſq; Bauariæ Dux Vuilhelmus, qui

tam immodeſtæ matronę maritũ & honorifica utilicꝫ exuit præfectura, & a ſe longius cum uxore relegauit. Qualemcumcꝫ igitur dederis, Rex illuſtriſſime populis tuis in patria lingua noui Teſtamenti translationem, tales ex eo parient tibi fructus nequiſſimi diſſimulatores Lutherani, qui ꝑ certiſſimo perſuaſum habent, aliĳſcꝫ perſuadent, ſcripturæ ſacrę ignaros, aut certe peruerſores, eſſe Epiſcopos, Presbyteros & Monachos: Ignaros quidem, ſi eam recitare memoriter de capitulo in capitulum neſciant, peruerſores uero, ſi eam aliter exponant ꝙ carnali eorum ſenſui placeat. Et præter hæc omnia aliud quocꝫ longe intolerabile malum inde conſurget. Nempe et hoc perſuaſum habent & perſuadẽt Lutherani, Nihil ſolidæ uel ueritatis uel authoritatis & obſeruantię exiſtere, niſi ꝗd ex ſacris prolatum ſit literis. Sic ẽm docet eos Lutherus, cum alibi perſæpe contra traditiones patrum, tum pręcipue in ter execrabili de abroganda miſſa libro, ubi nefandis inſultationibus in ſacratiſ

Icõmoda ex tranſlatiõe uernacula.

Inſultatio Lutheri contra ſacerdotes.

ſimos Eccleſiæ ritus & ordines diaboli-
cam & plus q̃ cerbeream uirulentiã ſuã
Luthe. in li. de abroganda miſſa. deſpumans ait. Hic anteq̃ plura affera-
mus, parumper inſultemus portentis &
idolis iſtis mundi, Papæ & ſuis ſacerdo-
tibus. Agite uos egregij ſacerdotes, pro-
ducite nobis unum iota aut apicẽ ex uni-
uerſis Euangelijs & Epiſtolis Apoſto-
lorum, uos eſſe aut dici debere ſacerdo-
tes præ cæteris, aut ordinem ueſtrum eſ-
ſe ſacerdotium diuerſum a cõmuni Chri-
ſtianorum ſacerdotio. Quin producitis?
Et infra: Quid ergo hinc (inquit) ſequi-
tur? ſcilicet, leges Papæ eſſe figmenta &
mendacia, Tum ſacerdotium eius eſſe
idolum & laruam. Miſſas uero quas ſa-
crificia uocant, eſſe ſummam idolatriam
& impietatem. Dubitat adhuc in his
quiſpiam? Probatum eſt enim in ſcriptu-
ris hoc ſacerdotium nõ haberi. At quod
in ſcripturis non habetur, hoc plane Sa-
tanæ additamentum eſt. Et iterum: Eli-
gant (inquit) nunc inſani Sophiſtæ &
Papiſtæ, utrum uelint, aut monſtrent

ſuum ſacerdotium e ſcripturis, aut fateantur ſeſe nihil aliud ꝙ diaboli laruas & idola perditionis eſſe. Quod enim e ſcripturis authoritatem non habet, manifeſtiſſimum eſt ex Diabolo eſſe. Omnia enim dei opera in ſcripturis ſanctis prodita ſunt. Et rurſus: Hoc (inquit) urget multo maxime, ꝙ pia conſcientia nouit nec dubitat, eccleſiam nihil ſtatuere aut ordinare citra aut ultra uerbum Dei. Quæ autem hoc tentat, Eccleſia non eſt, ſed fingit ſe Eccleſiam eſſe. Hæc ibi Lutherus: Quæ ſane omnibus perſuaſa ſunt Lutheranis.

Iam igitur expendat Celſitudo tua Rex, quantum diſturbationis & deformitatis in regni tui Eccleſijs & Monaſterijs procuraturi ſint Lutherani (ſi nouum Teſtamentum populis tuis in uernacula lingua propoſueris) ex hoc uno falſo & impio fundamento, uidelicet, Quod in ſcripturis non habetur, hoc Satanæ additamentum eſſe. *Errores ex falſo Lutheri fundamento.*

Quærunt itaq; laici tui in nouo Teſta-
mento, linguam ueſtram translato, ubi
ſcriptum habeatur: Tres eſſe perſonas in
una eſſencia diuina. Ex hoc enim falſo
fundamento inſurrexerunt iam noui hę-
retici qui audent negare Trinitatem ſu-
per benedictam, & infando ſcelere uo-
cant tres perſonas, tres Chimeras. Quæ-
rent deinde, Vbi ſcriptum ſit, in Chriſto
unam eſſe perſonam, duas uero naturas
Quo non inuento, uolent, ex hoc falſo
fundamento iuſtificare innumeras uete-
rum hæreticorum de Chriſto impieta-
tes, quas effinxerunt Cerinthiani, Ebio-
nitæ, Pauliniſtæ, Fotiniani, Arriani,
Apollinariſtæ, Neſtoriani, Eutichiani,
Acephali Monothelitę &c. quales & a-
pud nos noui prophetæ & Suermeri in
angulis confingunt. Quærent poſt hac
(ut curioſi ſunt plurimi) ubi ſcriptum ha-
beat, ꝙ beatiſſ. uirgo Maria, dña noſtra
in partu & poſt partũ uirgo inuiolata p-
mãſerit, & ubi dicta ſit dei genitrix. Qui-
bus ṽbis nuſq; ĩ toto nouo Teſt. inuẽtis,
poterunt ex hoc Lutheri fundamento

Contra Trinitatẽ

Contra Chriſtum

Contra B. Virginem.

approbare antiquas hæreſes Heluidij, Iouiniani, Vigilantij, Neſtorij &c. Nã & Lutherani noſtri nefandis illã deni-grare audent iniurijs & detractionibus Quippe lutherus prohibet eam dici Re-ginam cæli aut Aduocatam noſtram li-cet antiquiſſim⁹ martyr & põtifex Ire-næus añ annos. M.CCC. ſcripſerit, uti uirginis Euæ uirgo Maria fieret aduoca ta, prohibet item eam ſalutari Reginam miſericordiæ, & ne dicamus aut cante-mus ei, Vita dulcedo & ſpes noſtra Era ſerunt itaq; lutherani iã pridẽ ex tabu-lis puerorum ſalutationem angelicam, Ne addiſcãt antiqua pietate dicere Aue Maria, & nobile illud Eccleſię Cãticũ, Salue regina, quia penitus abolere non poſſunt, mutatis uerbis decantant Chri ſto, dicentes, Salue rex miſericordię. Et non pauci eorum muſſitant eam plu res peperiſſe filios, & quædã lutheriſcæ mulieres ĩmani ſupbia impioq; cõtẽptu uocant eam ancillam popinariã, & ni-hilo meliorẽ q̃ ipę ſunt, Vides ergo Rex quantam impietatibus ĩnumeris ianuã

Luthe. in ſermo. de natiuitate Mariæ

Iræneus lib. 5. fol. 321.

aperiat lutherus hoc uno falſo & nuſq̃
in ſcripturis poſito fundamento, dũ ait
Quod in ſcripturis non habetur, hoc
Satanæ additamentum eſſe, Cum ipſe-
met poſtea cõtrariũ ſentire coactus ſit,
quando ſcripſit contra Carolſtadiũ, qui
ex eodem fundamento dicebat Eucha-
riſtiam non debere dici Sacramentũ, eo
ꝙ in ſcripturis nuſq̃ ſacramentum di-
catur.

Neq̃ uero minus turbatiõis In Ec-
cleſiis tuis concitabit alterum eius fun-
damentum, in ſe quidem falſum, ſed lu-
theranis firmiter perſuaſum & creditũ,
dum ait. Quod pia conſcientia nouit
nec dubitat, Eccleſiã nihil ſtatuere aut
ordinare, citra aut ultra uerbum Dei,
Hinc ergo quærent populi tui, ubi ſcri-
ptum ſit in nouo teſtamento, ſeptẽ eſſe
Sacramenta In Eccleſia Chriſti, Certe
lutherani noſtri ex hoc falſo fundamen-
to inferunt duo tantum eſſe ſacramenta
Baptiſmum .ſ. & Euchariſtiam, & his
impijſſime abutũtur, omiſſis & abiectis
ritibus antiquis, eo ꝙ in nouo Teſtamẽ

Alij errores, contra ſacramenta & ritus Eccleſiæ.

to eos nuſq̃ reperiunt ſcriptos, Quales ſunt circa Baptiſmum ſane exorcizare paruulos, benedicere ſal & in os pueri mittere, lutum ex ſputo in aures & nares ponere, linire oleo ſancto pectus & ſcapulas, inungere ſacro chriſmate uerticem, ipſumq; baptiſmi fontē ſtato tempore ſoléniter conſecrare. Hos ritus, quia ſcriptura non præcipit nec docet, uelut abominationes & Satanæ additamenta lutherani noſtri reijciunt. Circa Euchariſtiam uero heu quantum impietatis & erroris ex falſo hoc fundamento cōſecutum eſt, Cum enim nuſq̃ in nouo teſtamento ſcriptum ſit, Miſſę ſacrificium hoc uel illo ritu celebrandum eſſe, lutherani tale ſacrificium pro teterrima habent abominatione, adeo ut nonnulli in publicis concionibus clamitare non uerentur, grauius eſſe malum uel unum celebrare miſſam quam mille committere ſtupra & inceſtus, Epiſcopos uero & præſbyteros uocant ſacerdotes Baal, laruas Diaboli & Idola mundi, eo quod de eorum

conſecrationibus & ordinationibus nihil in no.teſt.ſit ſcriptum. Eadem ratione reijciũt & omnes alios Eccleſię ritus quantũlibet antiquos, omnes cerimonias, omnes traditiones & inſtitutiones patrum, dies feſtos, Quadrageſimã, dies rogationũ, proceſſiones ſolennes, horas Canonicas, lętanias, cantica, Imagines crucifixi oĩmq; diuorũ, altaria, luminaria, & quid non? Hæc omnia, quia in no.teſt. non ſunt ſcripta, pro Satanæ additamentis habent lutherani. Ex quibus cõſinxit luther9. 12. facies Antichriſti iam olim. Et hæc omnia mala, quæ nemo ſatis explicare queat, pacato & trãquillo regno tuo inuehere ſub noui teſt. prætextu, intendunt Parricidales patrię proditores Apoſtatæ.

Luthe. in lib. cõtra Ambro. Catharinum.

Et ultra hæc omnia non leue malum ex eiuſmodi translatione poterit enaſci, dum populus rudis, omniũ bonorũ artium ignarus, inexercitatos habens ſenſus, ad lectionẽ altiſſimarum profunditatum, inuerecunde, abſq; timore & tremore, illotis (quod aiunt) manibus acce

Errores ex ſenſu literali male intellecto.

dens,ſenſum literalem mordicus ita ca-
piat,ut omni ſpirituali ſenſu reiecto,nul
lam Theologorũ expoſitionem ſanam
admittat. Quid ergo? Certe multi laico-
rum,qui Clericis parum æqui & amici *Cõtra clerum*
ſunt, ſi legerint nude hunc textũ. No-
lite poſſidere aurum neq; argentum ne- *Math.10.*
q; pecuniam in zonis ueſtris, non perã
in uia,neq; duas tunicas, neq; calciamẽ
ta,neq; uirgam,dignus eſt enim opera-
rius cibo ſuo. Seditioſe poterunt cogita
re,quam Epiſcopos & præſbyteros bo-
nis & cenſib⁹ deſpoliẽt,& in hanc Euã-
gelij formam redigant, Ad quam ſane
cogitationem non leuia præbebunt in-
citamenta Lutherani,qui unum & ſolũ
(ut ait Lutherus) ſenſum literalẽ in ſcri- *Luth.contra Ambro.Cath*
pturis admittunt,& omni Clero infen-
ſiſſimi ſunt.

Sed & contra Regiam Celſitudinem *Cõtra Regẽ.*
poterunt literalem obtendere ſenſum,
Vbi ait dominus. Reges gentium do- *Lu.22.*
minantur eorum,& qui poteſtatem ha-
bent ſuper eos, benefici uocantur. Vos
autem nõ ſic,ſed qui maior eſt in uobis,

ſiat ſicut minor, & qui p̄ceſſor eſt, ſicut miniſtrator. Quid ergo, ſiqui nouarum rerum cupidi, ſeditioſe hinc ſecum diſputent. Non ferēdam eſſe apud Chriſtianos hanc Regum eminentiam, quę contra Euāgelium eſſe uidetur, quia dominus ait, Vos autem nō ſic. Vos. ſ. Chriſtiani, qui omnes eſtis fratres ex uno patre Deo, & una matre Eccleſia, ex uno baptiſmo renati, Inter fratres autem æqualitas, non unius ſupra omnes eminētia, eſſe debet, Ideo maior ſit ſicut minor, & preceſſor ſicut miniſtrator, Hæc ſunt clara uerba Dei, At Deo plus obedire oportet quā hominibus, ergo Rex Chriſtianus depoſito regali faſtigio ad fratrum equalitatem in ordinem redigi debet, ut ſit differentia inter Reges gentium & reges Chriſtianorum. Vides iā, opinor, Rex Inclyte, quam periculoſum ſit, unicuiq; ex populo paſſim, ſine diſcrimine in lingua uernacula nouum teſtamentum proponere literaliter legendum, abſq; ſana expoſitione. Hoc præſertim tempore, ubi falſa Chriſtianis li-

bertas a luthero proponitur. Docet enī in ſua Babylone, Chriſtianis nihil legum ulla iure imponi poſſe, niſi quantū uolunt, quia liberi ſint ab oībus & ab oībꝰ omniū hoīm legibus exempti, Et in Teuthonicis apertiſſime ſcripſit, ꝙ inter Chriſtianos nulla debeat aut poſſit eſſe ſuperioritas, ſed unus quiſqꝫ alteri ęqualiter ſubditus ſit Et nullus inter chriſtianos ſuperior ſit niſi ipſemet Chriſtus & ſolus &c. *Luthe. in Captiui. Babylo. ſ de baptiſ.* *Idē de ſæculari poteſtate.*

Si uis ergo Rex pacatū & tranquillum ſeruare ordinem & ſtatū regni tui, ſicut hactenus, caue ab Apoſtatarū & ab occulte lutherizantium conſilijs & inſidijs, quas per no. teſt. translationē in uernaculo Celſitudini tuæ & uniuerſis bene diſpoſiti regni ſtatibus & ordinibus malicioſiſſime parant, ipſi enim florere ac proficere non poſſunt niſi in diſcordijs, ubi adhærente ſibi plebe timori ſunt optimatibus, turbatis Reipublicæ & Eccleſiarum ordinibus. Nam ubi pax eſt & concordia, ibi Apoſtatis nullus poteſt cōpetere locus honeſtus, ideo *Apoſtatæ non amāt pacē & cōcordiā.*

cunctos ingenij ſui neruos intendũt ad ſuſcitandas & fouendas In Repub. atq; in Eccleſijs ordinum turbationes & diſcordias.

Interpretatio Edicti. Noli ergo audire, contra Epiſcoporũ tuorum edictum uociferãtem Aleſium, q; impium ſit, prohibere Chriſtianos a lectione ſacrorum librorum, Epiſcopi enim non omnes a lectione prohibent, ſed Idiotas, populũ rudem, homines cõtentioſos, preſumptuoſos, curioſos, in fide dubios, in religione frigidos factioſos & nouarum rerum cupidos, quibus eiuſmodi lectio plus noceret q̃ prodeſſet, Quemadmodũ ſupra demonſtratũ eſt.

Phili. Melan. In adhortatiõe ad Paulinam doctrinam. Nã & Melanchthon Primarius Lutherici Euangelij propugnator ſcribit alicubi. Eos atrocem Paulo iniuriam facere, & eius doctrina fœde abuti, qui eam diſceptandi & litigandi gratia didicerint. Cũ Paulus ſit pacis adſertor & præco Chriſti, qui eſt pax noſtra, id autẽ apud nos omnes faciunt lutherani, nec aliud apud Scotos facturi ſunt, ſi poteruntin lingua uernacula Paulum legere.

Et

Ea enim intentione nimirũ lecturi ſunt, & quidẽ auidiſſime, hoc præſertim tempore, ut temeraria præſumptione ſeſe cõſtituant iudices, ad diſcernendum inter Papiſtas & lutheriſcos, utra partium ꝓpius accedat ad germanum Pauli ſenſum. Quoniam uero maior pars uulgi carnalis eſt & Clero per inuidiam infeſta, nõ dubium eſt, quin corrupto affectibus carnis iudicio pronunciabit, aut ſaltem apud ſe ſuſpicabitur, Lutheranos rectius intelligere Paulum ꝙ intelligunt Catholici Epiſcopi Presbyteri, & Monachi.

Mala intentio laicorũ hoc tpe in nouo Teſta.

Quid uero hoc eis proderit? nihil profecto, oberit autem plurimum, maxime in anima, quam per hoc multis & erroribus & peccatis obnoxiam facient. Peccatum eſt enim temere iudicare proximum. Ait namqꝫ dominus: Nolite iudicare, & non iudicabimini. Et Paulus: Nolite iudicare ante tempus. Item: Inexcuſabilis es o homo omnis qui iudicas. In quo em̃ alterum iudicas, teipſum condemnas. Si ergo peccatum eſt iudi-

Multa laicorũ peccata ex tali lectione

Matt. 7

1. Cor. 4

Roma. 2

care proximum, quanto magis pecca-
tum eſt iudicare temere et inique ſupe-
riorem, utpote ubi laicus iudicat ſuũ E-
piſcopum, filius patrem, ouis paſtorem,
ſubditus præpoſitum, Contra omnẽ &
Deut. 17 ſcripturã & rationẽ. Scriptura nanq; di-
uina p̃cipit, ſi difficile & ambiguũ apud
te iudiciũ eſſe proſpexeris, inter ſangui-
nem & ſanguinem, cauſſam & cauſſam,
leprã & nõ leprã, & iudicũ intra portas
tuas uideris uerba uariari, ut ſurgas ueni
aſq; ad ſacerdotes domini quæraſq; ab
eis, qui iudicabunt tibi iudicij ueritatẽ,
& facias q̊dcunq; dixerint q p̃ſunt loco
quem elegerit dominus & docuerint te
iuxta legem eius, ſequariſq; ſententiam
eorum, nec declines ad dexterã neq; ad
Luthe. iã pridem iudicat9 eſt ſiniſtram. Cum igitur Lutherus cum ſu
is iam pridem iudicatus ſit & pro hære-
tico condemnatus a ſummo ſacerdote,
& non ſolum ab illo, ſed etiam a cunctis
per orbem Chriſtianum Epiſcopis & ce
leberrimis Theologicæ facultatis Vni-
uerſitatibus, ab ipſo præterea ſummo in
terris Imperatore CAROLO Au-

guſto & a totius Ro. Imperij Principibus & ordinibus, in Edicto Vuormacienſi ante annos 12. Quid obſecro proderit uel ipſi Luthero, uel ipſis ſtulte ac temere iudicantibus pro Luthero tuis Rex aut noſtris ſutoribus, pellionibus, lanijs, cerdonibus, atq; etiã mercatorib⁹, ſenatoribus nobilibuſq; laicis? Nunquid deus aut eccleſia iubet ſtare, ubi de ſide & doctrina eſt quæſtio, Sutoris potius q̃ Epiſcopi iudicio, aut mercatorũ potius q̃ Vniuerſitatum examini, aut nobilium laicorum potius q̃ Romanæ Pontificis ſententiæ?

O cæcos & ſtultos atq; peruerſos iudicij præſumptores, qui ſua temeritate nihil aliud aſſequũtur niſi peccata, ſcandala et dedecora. Peccata inquam inobedientiæ, impudentiæ, iniuriarum, iniqui iudicij, ſchiſmatis, item & hæreſeos, ſcandala uero dum ſimplices & paruulos Chriſti ſecũ trahunt uel ad iudicandũ ꝓ Luthero uel ad dubitandũ de Eccleſiæ ſide & ueritate atq; iudicio. Dedecora *Cæci & ſtulti iudices.*

deniq;, dum uanum friuolum & inutile eorum pro Luthero iudicium, inefficax & nullius momenti habetur & ridetur ab omnibus ſana mente præditis. Quid enim ſtultius aut magis ridiculum eſſe queat, q̃ ſi cerdo aut mercator, qui præter linguam uernaculam nihil unq; didicit, nitatur uel corrigere uel in dubium reuocare de luthero ſententiã Ro. Pontificis, ac Rom. Imperatoris omniumq; utriuſq; ſtatus ordinum unanimem in hæreticum condemnationem. Si Arriũ contra ſedem Apoſtolicam defendere non potuerũt. Arma Conſtantij potentiſſimi Imperatoris, nec tot Epiſcoporum Conuentus habiti tum in Orientali tum in Occidentali Eccleſia, quæ pro Arrio ſentiebant, & cum his magni ac potentes barbarorum Reges apud Vandalos & Gothos, quando totus pene orbis in partem Arrij declinabat: Nunqd tunc tandẽ aduerſus eam poſt, M. CC. annos præualebit ueterum ac ſæpeantea damnatarum hæreſum inſtaurator Lutherus? a cuius parte nulla ſtant Cõ-

Vide Tripartitam hiſto. li. 1. ca. 30. & li. 5. ca. 15. &c. Item Eccleſia. hiſto. lib. 10. ca. 20.

cilia, nulli Reges aut Imperatores, nulli Epiſcopi, nullæ uniuerſitates, ſed contra eum ſtant omnes quicunq; iudicandi habent authoritatem?

Deſinant ergo laici quicũq; uane ſperare iuſtificationem aut reſtitutionem lutheri, legitime iudicatus eſt ſemel, a Leone Papa. X. & ſecũdo nõ erit opus. Quemadmodum Abiſai contra Saul dicebat ad Dauid: Perfodiam eum lancea in terra ſemel, & ſecundo opus non erit. Chriſtus dixit Petro & per eum Papæ, ſupremo ſcilicet ouium ſuarum paſtori: Quodcunq; ligaueris ſuper terram, ligatum erit & in cœlis. Deſinant igitur Artifices & mercatores indocti in cœlum os ponere, et pro eo temere iudicare, quẽ uident non ſolum ſuper terram, ſed & in cœlis ligatum & condemnatũ. Quẽ & Paulus uitare iubet uelut proprio iudicio condemnatum. Ex omnibus eñ retro hæreticis nemo unq̃ uel turpius uel ſæpius condemnauit ſemetipſum q̃ tot Antilogijs fecit lutherus, quem propterea ſepticeps monſtrum mundo ex-

Vana ſpes de iuſtificando aut reſtituendo Luthe.

1. Reg. 26

Mat. 16

Tit. 3

Lutherus ſepticeps.

hibui, ut uideat unuſquiſq; ꝙ fœde ac miſere conficiat ſeipſum, qui tot contradictionibus os proprium, diuina ultione percutit, redarguit & condemnat. Hæ ſunt rationes & cauſſæ, Rex Inclyte, propter quas Edictum poſuiſſe arbitror uigilantiſſimos, populorum tuorũ, gregum ſuorum, cuſtodes & paſtores Epiſcopos regni tui, Ne uidelicet hoc tempore in linguam patriam transferatur nouum Teſtamentum. Non ſane ꝙ cœleſtem doctrinam populis tuis inuideant aut abſconditum uelint, cum eam publice in concionibus recto cũ intellectu populis impartiri ſatagãt. Sed ꝙ noſtris malis præmoniti cautioreſq; facti, cupiant (uti fideles decet præpoſitos in uinea domini) tot malorum occaſionem ſapienter præſcindere ac fideliter ꝑcauere. Cætera, ne plus æquo longior fiam, ex argumentationum ſolutione patebunt.

Reſponſio ad Argumenta Aleſij Scoti.

Longum foret, ad omnes & conuiciorum contumelias & calumniarum iniurias reſpondere, quas profugus iſte Aleſius in tuos Rex Epiſcopos, procacius, q̃ ad tantum decet Principem, eiaculatur, Dñ tantos patres, quorũ maxima (ut credere æquũ eſt) pars & gñeris claritate & uitæ ĩtegritate eruditioniſq; p̃ſtãtia, reũq; multarũ experiẽtia, cũctis merito uenerabilis eſt, qui certe omnes ſummi ſacerdotij dignitate præfulgent, non erubeſcit turpiter agnominare pharisæos, Epicureos, Pontifices, lupos, Tyrannos, Homicidas, Antichriſtos, & id genus reliqua Luthericæ farinæ opprobria, Ad quæ ſane ne reſpondeam, deterret me tum tuæ Celſitudinis Maieſtas, tum ſtatus mei conſyderatio, & illud Sapientis dictum: Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtulticiam ſuam, ne efficiaris ei ſimilis. His igitur ſurda uelut aure præteritis, ad Argumenta, quibus fallere conatur incautos, breuibus reſpondere eſt animus. Ne uero queratur, aut uer-

Conuicia Aleſij in epiſcopos

Prouc. 26

ba eius a me uel mutilata uel mutata aut eorum ſenſum inuerſum eſſe, ex integro ea recitare, quantum opus fuerit, intendo. Ait ergo.

Aleſius I. Hoc plane nouum & inauditum exemplum eſt, inter eos qui ſe titulo profitent Chriſtianos, prohibere edicto lectionem ſacrorum librorum. Ac ſcio hanc fabulam totam ſine tuo conſilio atq; authoritate agi a Pontificibus, uel potius a Monachis. Nam hi ſunt uere Architecti huius negotij.

Cochleus. Frequens eſt huic Aleſio uſus ſophiſticæ cuiuſdam fallaciæ, quam Dialectici uocant, A dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter. Epiſcopi ſane nō prohibuerunt ſimpliciter ſacrorum librorū lectionem, ſed ſecundum quid, hoc eſt, Non prohibuerunt generaliter aut uniuerſaliter omnibus Chriſtianis, ſicut accuſat eos Aleſius, ſed particulariter quibuſdam Chriſtianis, ijs ſcilicet qui ad eā lectionem non ſunt idonei. Quales ſunt

Fallacia à dicto ſecundū qd

Laici illi, qui præter linguã uernaculam nihil unq̃ legerũt aut didicerunt. Qui 1. Cor. 3
lacte adhuc indigent ſanę expoſitionis, Heb. 5
eo q̃ ſolidum iſtum cibum per ſeſe recte capere nõ poſſunt. Non eſt ergo impiũ, nouum aut inauditũ, ut quiritat Exul iſte, ſed pietas antiqua & paterna paſtorum ſollicitudo, tales a ſolido cibo arcere, ne fiat eis (ſicut de Iudęis uaticinatus
eſt Pſalmiſta) hęc menſa in laqueum & Pſal. 68.
in retributiões & in ſcandalũ. Tales enĩ Laici nihilo aptiores ſunt ad recte capiẽda ſublimia diuinæ ſapientiæ uerba per ſeſe abſq; magiſtro & ſine expoſitionis luce, q̃ erant Corinthij, quibus Apoſtolus dicebat, Tanq̃ paruulis in Chriſto lac uobis potum dedi, non eſcam. Non enim poteratis, ſed nec nunc quidẽ poteſtis, adhuc enim carnales eſtis.

In foro animæ maior Epiſcoporum q̃ regum autoritas

Non peccauerunt igitur in hoc Epiſcopi etiam ſi abſq; tuo Rex conſilio & autoritate (qđ nõdũ credo) ita ægiſſent, In ſpiritualibus enim negocijs, quæ ad animæ ſalutẽ pertinẽt, maior Epiſcopis q̃ Regib⁹ & cõceſſa eſt autoritas & in-

cumbit prouidendi neceſſitas, ipſi enim

Heb. 13. peruigilare debēt, ut ait Apoſtolus, qua

Act. 20. ſi rationem pro animabus noſtris reddi

Math. 24 turi, ipſi ſunt quos ſpirit⁹ ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiā Dei, ipſi ſūt ſerui illi quos dominus conſtituit ſuper familiā ſuā, ut dent illis cibū in tēpore, Bene ergo eis, ſi prudēter ac fideliter ita fecerint. Væ autē eis, ſi non ita fecerunt. Religioſi autē Reges non dedignantur Epiſcopis hac in parte reuerenter cedere, & uelut oues paſtoribus ſua colla in hoc foro ſubmittere, ſicut fecerunt laudatiſſimi Principes Conſtātinus Maximus, Theodoſius uterq;, Carolus Magnus, Ludouicus Pius &c. Honor igit̄ (inquit Diuus Ambroſius) & ſublimitas Epiſcopalis nullis poterit cōparationibus adæquari. Si Regum fulgori cōpares & Prīcipum diademati, longe erit inferius, q̄ ſi plumbi metallū ad auri fulgorem compares, Quippe cum uideas Regū colla & Principum ſubmitti genibus ſacerdotum, Hæc Ambro.

Ambro. in lib. de dignitate ſacerdo.

Aleſius 2 Ideo ad te ſcribēdū duxi, ut tuā autoritatē interponas, & tū gloriæ Dei

tũ etiã famę regni tui cõſulas. Quale.n. exẽplũ eſt, arceri hoĩes a Chr̃i oraculis.

Rurſus argutatᷣ hic ſophiſtice a dicto Coclæ. ſcdm̃ qd ad dctm̃ ſimpliciter Ep̃i.n. nõ arcent oẽs hoĩes ab oraculis Chr̃i, ſed idiotas & indoctos, q̈bus lacte opus eſt nõ eſca. Et arcẽt eos nõ ſimpliciter, ſed a nuda lectiõe textus, Si uolũt aut poſſũt ſana cũ expoſitione legere, nõ arcentur, adeo ut cõpellanᷣ potius ad Chr̃i oracula recte per Concionatorũ expoſitiones ĩtelligẽda. Ita.n. cõſtituerũt Ep̃i in Con. Cartha, Sacerdote uerbũ in eccleſia faciẽte, q egreſſus de auditorio fuerit, excõicetᷣ. Et lõge ante eos Ap̃li, Canone q̈dã decreuerũt, ut Oẽs fideles, q cõueniãt in ſolẽnitatib⁹ ſacris ad Eccleſiã & ſcripturas Apo. & Euan. audiãt. At Lutherani noſtri, oẽm ritum & ordinẽ p̄uertẽtes, paſtores & cõciõatores Eccl. uitãt & cõtemnũt, atq; interim domi p ſe legunt aut alijs in angulo prædicant, ubi arrogãt ſibi p̄dicandi poteſtatẽ etiã Laici, & qdẽ i deſtructiõnẽ, cõtra Apo. nõ in ędificationẽ. Ea aũt poteſtas, nõ a Deo ſed a Diabolo eſt. Quæ.n. a Deo

Non arceri hoĩes a Christi oraculis.

De conſe. d ſt. 1. c. ſacerdote cũ. c. prc.

Apud Lut. cũcta fiũt inordinate.

2. Cor. 10. & 13

Ro. 13.

Ro. 13 ſunt ordinata ſunt. Ordinatum eſt autē
1. Cor. 12 a Deo & Chriſto domio noſtro, ut qui-
Ephe. 4 dam, nū omnes, ſint in Eccleſia Docto-
res, Ipſe enim quoſdā dedit Apoſtolos,
quoſdam prophetas, quoſdam paſtores
& doctores ad conſūmationē ſanctorū,
in opus miniſterij, in ędificationem cor-
poris Chriſti. Noli ergo Rex contra hāc
diuinam ordinationem, tuā interpone-
2. Para. 26 re autoritatē. Noli tibi arrogare Pontifi
cum munia, ne tibi contingat quod con
tigit Oziæ. Regi alioqui fortiſſimo ac
uictorioſiſſimo. Si enim hunc Eccleſiæ
ordinē turbaueris, ſicut petit Aleſius,
neq; gloriæ Dei neq; regni tui famæ re-
cte cōſules. Quid enī ad gloriā Dei aut
ad famā regni cōducat, ſi Laici, neglecta
& cōtēpta p̄dicatione ordinaria q̄ fit in
Eccleſia, domi legant aut p̄dicent nudū
noui teſt. textū, quē & male intelligant
& ſiniſtre exponāt? Non eſt igitur glo-
ria Dei, ordinem Dei & eccleſię ſtatum
tali nouitate turbare, Nec bona eſt fama
uel Regis uel Regni, admittere aut foue
re hæreticos, preſertim Lutheranos, qui

uſq; adeo rebelles ſunt & impij.

Quid facerent aliud Turcæ, aut alię gentes inimicæ nomini Chriſtiano q̄ quod iſti faciunt, ne populus attingeret ſacros libros, ne cognoſceret Chriſti beneficia & ſanctiſſima p̄cepta, ne quā firmam de rebus diuinis ac certā ſententiā ex ipſis Chriſti uerbis & Apoſtolorum teſtimonijs conciperet. Aleſius 3

Eiuſmodi fucis Rhetoricis ueſtitur malicia cordis, ſicut ſimia ueſte hūana uere amaro in Ep̄os Rex tuos corde eſt Exul iſte qui priuato dolori & odio publicā p̄texit cauſam, ut inuidioſis calumnijs odioſas tibi reddat Epiſcopos. Nequaq; enim faciunt Epiſcopi per illud edictū ſicut Turcæ aut alię gentes inimicæ nomini Chriſtiano. Turcæ enim ſacros libros omnibus, ubi poſſunt, Chriſtianis adimūt ſacerdotibus iuxta ac laicis, abſq; ullo diſcrimine & reſpectu, Epiſcopi autem optima intentione, nō in odium Chriſti aut plebis Chriſtianę, ſed ad gloriā Chriſti & in ędificationem atq; utilitatē plebis ita ſtatuūt, ut plebs in Eccle- Coclæ.

Longe aliter turcæ q̄ Epiſcopi agunt cum libris ſacris.

ſia a ſacerdotibus rite uocatis & ordina-
tis, uerbum Dei, beneficia, præcepta &
Malach.2 promiſſa Chriſti audiat deuote & addi-
ſcat cũ fructu, ſcriptũ eſt enĩ, Labia ſacer
dotis cuſtodiũt ſcientiã, & legẽ requirẽt
ex ore eius, quia angelus dñi exercituũ
eſt. Hoc enim lõge melius eſt, & diuinæ
ordinatiõi cõformius ꝙ eſt nouitas Lu-
therana, qua rudis populus retrahitur
a cõcione publica, & seducit̃ angulari p̃-
dicatiõe aut lectiõe laicorũ, quos nemo
in Eccleſia doctores conſtituit. Nullum
itaqꝫ pariũt fructũ bonũ. De quibus di-
Eſaie.5 cit Dñs per prophetam. Expectaui ut
Math.7. facerent uuas & fecerunt labruſcas. Et
Chriſtus in Euangelio, Nunquid colli-
gũt de ſpinis uuas, aut de tribulis ficus?
Eraſ. Ro. in pſeudo Euange. De quibus & Eraſmus Roterodamꝰ
uir æuo noſtro lõge doctiſſimus, ita ſcri
bit ad Vulturũ, Nunqꝫ illorũ eccleſias
ſum ingreſſus, ſed aliquãdo uidi redeun
tes a concione ueluti malo ſpiritu affla-
tos, uultibus oĩum iracũdiã ac ferociam
mirã præſeferentibus, Neqꝫ quiſqꝫ erat
oĩum, qui mihi uiris aliquot honeſtis co

mitato deferret honorē,quē exhibemus quibuslibet,p̄ter unū ſeniculū. Sic opinor diſcedūt milites a cōcione ducis ad prĕliū & ad θοῦριον ἀλκὴν exhortati. Quis unq̃ uidit in illorum cōcionibus quenquā pro pctīs ſuis fundentē lachrymas, tundētē pctūs aut īgemiſcētē? Hæc ille.

Laudādi igit̃,nō redarguēdi ſunt Ep̄i, qui tales deordinatiōes & peruerſitates ꝓhibēt. Nā multo meliores ſunt in ſimplicitate ſua laici Catholici,q ueteri more ī Eccleſiis uerbū Dei audiūt, q̄ ſūt in uana ſciētiæ p̄ſumptiōe laici lutherani, q ī angulis & extra īmo & cōtra ſcripturas legunt,docent, audiūt. Noſtri enim antiqui,uerbum Dei audiunt & cuſtodiūt. Noui autē Lutherani dicūt & nō faciunt,legūt & nō intelligūt,aut ītelligūt ſiniſtre in deſtructionē & nō in ędificationem. At melius eſt audire & cuſtodire q̄ legere & nō facere, neq̄ recte ītelligere. Optima eſt igit̃ Ep̄orum ordinatio & prouidentia, qua conſtituūt, ut ſcripturas legant doceantq̄ ſacerdotes, Laici uero a ſacerdotibus audiāt &

Laudabilis Epiſcoporū cōſtitutio

Luc. 11.
Math. 23.

Math.10. addiſcant, Nam & Chriſtus ita ordina-
13.24. uit in Euangelio, in Actibus Apoſtolo:
Act.6 Paulus in ſuis Epiſtolis & uniuerſa Ec-
Ephe.4. cleſia in Concilijs, uti dictum eſt ſupra.

Alcſius 4. Quo ſpectat alio conſiliũ hoc niſi ad obruendam & extinguẽdam ueram religionem. Neq; enim poteſt uera religio exiſtere, niſi de uoluntate Dei bene cõfirmentur animi cæleſtibus teſtimonijs.

Coclæ. Quaſi uero Epiſcopi laicis celeſtia teſtimonia inuideant aut abſcondant. Nõ eſt ita Rex, iubẽt Epiſcopi, ut Laici uerbum Dei in Eccleſia de more audiant & recte intelligere addiſcant. Hoc enim melius eſt ꝙ̃ ut domi in uernaçula nudum textum legant audiant ue, quem abſq; doctore & ſana expoſitione recte intelligere non poſſunt. Multo itaq; uerior & firmior eſt religio laicorum Catholicorum qui in Eccleſia concionatores Orthodoxos audiunt, ꝙ̃ eſt ſuperſtitio & p̃ſumptio, uerius ꝙ̃ religio Lutheranorũ, De quibus Lutherus ipſe ꝑſepe teſtatur & queritur, ꝙ fiunt indies peiores

Religioſiores laici Catholici quam lutherani.

377

res & de recta fide icertiores magiſq; du bij. Sic enim ait contra Sacramentarios ſcribens, quos paulo ante uocauerat chariſſimos filios, & aureos amicos, diabolus tantum diſcordię & ſectarum in ſcripturis excitabit, ut neſcias ubi nam maneat ſcriptura, fides, Chriſtus & tuipſe. Et in oratione funebri ante annum habita auditores corripiens, ait, omnē in populo perijſſe probitatem & diſciplinam tam apud ſenes q̃ apud iuuenes. Id q̃d nimium (proh dolor) uerum eſt. *Luth. li. 1 contra Zuingliũ*

Ideo enim Chriſtus a patre miſſus eſt ad docendum, ut arcanam uoluntatem patris patefaceret ignotam mundo. Non igitur cognoſci poteſt niſi ex ipſis ſacris libris. Certe firma ſententia teneri nulla poteſt, niſi inſpectis ipſis ſacris libris. Aleſius V.

Voluntatē patris cœleſtis nemo perfectius patefecit q̃ ipſe Chriſtus, qui tamen nullos prorſus edidit aut ſcripſit libros. Vnde ſtatim uidet Celſitudo tua Rex q̃ infirmum & friuolum, imo q̃ fal Cocle⁹ *Fides non eſt alligata libris, ſed antiquior libris.*

F

ſum & ineptum ſit hoc argumentum, quod fidem atq; ſalutem noſtrã ad mu-
Euſebius de præpa ra. euang. lib. 10. c. 3
tos ligat libros, Quaſi ante Moyſen, qui primus & antiquiſſimus librorum ſacrorum ſcriptor habetur, nemo perfectam fidem aut firmam ſententiam de deo habuerit. At longe aliter ſentit ſcriptura,
Heb. 11
Chriſtus & Paulus, fide (inquit Paulus) plurimam hoſtiã Abel q̃ Cain obtulit deo, fide Enoch translatus eſt ne uideret mortem, fide Noẽ aptauit arcam in ſalutem domus ſuæ, De quo & ſcriptu-
Gene. 6
Ibi. ca. 15.
Ioan. 8
ra dicit: Noẽ uir iuſtus atq; perfectus fuit in generationibus ſuis. Et de Abrahã: Credidit Abram deo, & reputatum eſt illi eſt ad iuſtitiam, De quo & Chriſtus ait: Abraham exultauit ut uideret diem meum, uidit & gauiſus eſt. Quos autem inſpexerũt libros tot patres antiqui, qui tam firmã tenebant ſententiã de Chr̃o? Iniquiſſime igit̃ hoc in Epiſcopos intor-
Praua in Epiſ. calũnia.
quet argumentũ Aleſius, quaſi uelint illi laicis adimere uel fidẽ uel cognitionẽ & firmã ſententiã de Chr̃o. Cum cõſtet Laicos Catholicos longe certiorẽ & fir-

miorem de Chriſto & de omi uerbo dei tenere, & fidem & ſententiam audiendo ſermones in Eccleſia, q̃ tenent laici Lutherani, qui cõtempta Eccleſiæ & ſacerdotum doctrina, ſecundum proprij capitis præſumptionem ſacros libros in uernaculo domi legunt, propriæ innitentes prudentiæ, contra ſcripturam, quæ ait: Væ qui ſapientes eſtis in oculis ueſtris. Item: Audi fili mi diſciplinã patris tui. Item: Audiens ſapiens, ſapientior erit. Prouer. 3 Eſa. 5 Prouer. 1

Atq; ita præcepit pater, ut filij doctrinam cognoſcamus, cũ inquit: Hic eſt filius meus dilect⁹, hũc audite. Quorſum opus eſt nominatim hunc audire, ſi de dei uoluntate ſine ſacris libris mentes doceri aut confirmari poſſunt. Aleſius VI.

Aliud eſt audire, aliud legere, Epiſcopi tui, Rex, nequaq̃ prohibent laicis, audire Chriſtum, imo hoc maxime iubent & præcipiunt, ut audiant ipſum in eccleſia concionantem per ſacerdotes, Quibus ipſe dixit: Qui uos audit, me audit, & qui uos ſpernit, me ſpernit, Qui autem me ſpernit, ſpernit eum qui miſit. Cocle⁹ Laici audiũt Chriſtũ in Eccleſia cõcionantẽ per ſacerdotem. Luc. 10

me. Hinc ergo ſequitur, laícos illos quí ſpernunt concionantem in Eccleſia ſacerdotem,& domi potius legunt euangelium, ſpernere Chriſtũ & patrẽ eius. Hoc eſt q̃d placet ſatanæ, qui ad hoc apud laícos obtinendum, inſtigat contra fideles paſtores & prouidos Epiſcopos Aleſium & conſimiles apoſtatas,ut eloquentiæ præſidio perſuadeant laicis, domi potius legere quod non intelligunt, q̃ in Eccleſia audire cum deuotione & fructu.

Aleſius VII. Quod ſi ita ſentiunt iſtic Pontifices ac Monachi, mores regi poſſe ſine ſacris libris. Nec aliud eſſe religionẽ niſi diſciplinam illam qua publici mores regunt̃, quid aliud ſentit Epicurus. Actũ eſt autem de Eccleſia, ſi has Epicureas opiniones recipiunt ac ſerunt Epiſcopi ac Monachi.

Coclę[9] *Laici ſacris libris nunc abutuntur.* Non impugnant nec exterminant ſacros libros epiſcopi,ſed uolunt laicos ex illis recte doceri in Eccleſijs, Non uolũt autem laicos illis abuti in domibus ad legendũ nudũ textũ, quẽ uix recte intelli-

gunt plærique Doctores niſi eruditis ac pijs ſanctorum patrum expoſitionibus commentarijſque adiuti ac inſtructi. Quo modo igitur illum ſine omni expoſitione recte intelligant indocti laici qui domi in uernaculo legunt, maxime dum praua intentione id faciunt, nempe ut diſputent inde cum ſacerdotibus eoſque confundant, uel conſtituant ſe iudices inter Catholicos & Lutheranos, ut diſcernant, utri rectius literā intelligant. Nunquid tali intentioni tam malignæ ac ſuperbæ aſſiſtit ſpiritus ſanctus? Nequaquam. Deus enim ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Tales igitur laici, nō Dei ſed diaboli (qui eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ) docibiles & ſunt & dici debent. Quo fit, ut nullum inde fructū conſequantur bonum ex tali lectione, ſed iuſta dei uindicta quanto plus legūt, tanto & infirmius credunt & in peius ꝓficiunt, fiuntque indies deteriores ac magis irreligioſi, amiſſa erga deum & proximum charitate. Hæc præuidentes prouidi Epiſcopi, uolunt, ut libri ſacri laicis

Iaco. 4

Iob. 41

ꝑſint,nō obſtat. Quod fiet, ſi laici ſanam
eoꝝ intelligentiā non ex ſeſe temere aut
ſuperbe preſumpſerint,ſed iuxta eccleſię
Mala. 2 ordinationem & diuinę ſcripturę autho
Deute. 17 ritatem exquiſiuerint eam in eccleſijs ex
ore & prædicatione ſacerdotum. Miror
uero,quid hic uelit Aleſius cum Epicu-
ro & Epicureis opinionib⁹,quas calum-
nioſe imputat Epiſcopis & Monachis,
quos ne per ſomnium quidem de ijs co-
gitaſſe arbitror. Nuſq̄ enim ita loquunt
Neq; tamen puto Epicurum ita ſenſiſſe,
cui potius uoluptas q̄ morum diſcipli-
na cordi fuit.

Mores re gi poſſunt ſine ſacris libris. *Actu. 4*

Et poſſunt mores regi (quantūuis id
neget Aleſius) ſine ſacris libris, ſicut ſu-
pra dictū eſt de ſanctis patribus, quorū
optimi fuere mores,anteq̄ ulli eſſent ſcri
pti libri ſacri. Sic & in primitiua eccleſia
quando multitudinis credentiū erat cor
unum & anima una, optima erat morū
diſciplina anteq̄ ullū eſſet ſcriptū Euā
geliū aut ulla ep̄ra Pauli. Sic poſtea apd'
plæraſq; nationes barbaras fides Chriſti
ana & morum diſciplina optime uiguit,

licet in patria lingua Euangelium mini-
me ſcriptum haberent. Vnde ait Diuus
Irenæus. Quid autem, ſi neq; Apoſtoli Irenæus l
quidem ſcripturas reliquiſſent nobis, 3. cap. 4.
Nonne oportebat ordinem ſequi traditi
onis, quam tradiderunt his quibus com
mittebāt Eccleſias? Cui ordinationi aſ-
ſentiunt multæ gentes barbarorum, eo-
rum qui in Chriſtum credunt, ſine cha-
ractere uel attramento ſcriptam haben-
tes per ſpiritum in cordibus ſuis, ſalutē,
& ueterem traditionem diligenter cu-
ſtodientes, & placent deo, conuerſantes
in omni iuſtitia, & caſtitate & ſapientia.
Hæc ille, Quæ profecto de laicis Luthe-
ranis, qui die noctuq; nouum teſtamen-
tum in manibus contentioſe uerſant, ne
quaq; uere dici poſſunt. Deniq; et apud
gentiles magis laudatur ea morum diſci Vide Plu
plina, quæ fuit apud Lacedæmonios & tarchū in
Pythagoreos, & tamen mores eorum licurgo, et
non ſcriptis ſed traditis legibus regeban Xenophō
tur. tem atq;

 Laërtium

Aleſius VIII. Iohannes inquit: Deum nemo uidit unꝗ̃,filius autem qui eſt in ſinu pa tris,enarrauit nobis. Negat Iohannes ho minibus notam fuiſſe Dei uoluntatem, ſed a filio patefieri & perferri ad homi- nes. Ideo iubet pater hunc doctorem au diri,non philoſophantem tantum de cõ munibus moribus, ſed cõcionantem de rebus arcanis ac mundo ignotis. Quo- modo deus coli uelit,quomodo pollice- atur remiſſionem peccatorũ, quã ſpem oſtendat in omnibus certaminibus atq; afflictionibus,quam conſolationem pro mittat his qui opem ab ipſo implorant, quomodo inuocari uelit, quomodo mẽ- tes confirmandæ ſint contra dubitatio- nem de uoluntate dei.

Cocleus Iubent & Epiſcopi Chriſtum audiri, Id quod melius fit in Eccleſia, ꝗ̃ domi. Non enim laicis aut domi legentibus quod non intelligunt,aut in angulo cõ- tra Eccleſiæ ordinationem prædicanti- bus:ſed Apoſtolis & ſacerdotibus in Ec cleſia euangelizantibus,dixit Chriſtus:

Luc. 10 Qui uos audit, me audit. Nã & ipſe ſuo

exemplo ita faciendũ eſſe docuit, Ego (inquit) palam locutus ſum mũdo. Ego ſemper docui in ſynagoga & tẽplo, quo oẽs iudæi cõueniũt, & in occulto locutꝰ ſum nihil. Docuit autẽ non ſolũ iſta populo placentia, q̃ Aleſius hic cõmemorat, uerũ etiã acriora quędam, a quibus Lutherani carnales & mundani abhorrent, Qualia ſunt, Agite pœnitentiam Diligite inimicos ueſtros, bñfacite his qui uos oderunt. Benedicite maledicentibus uobis, & orate pro calũniantibus uos. Et qui percutit te in maxillã, prębe illi & alterã &c. Item. Quid uocatis me domine, & non facitis quę dico? Qui audit & non facit, ſimilis eſt homini ædificanti domũ ſuã ſupra terrã ſine fundamento. Item Vendite quæ poſſidetis & date elemoſynam. Sint lumbi ueſtri pręcincti, & lucernæ ardentes in manibus ueſtris. Item Contendite intrare per anguſtã portã quia multi querent intrare & nõ poterunt. Quã anguſta porta & arcta uia eſt quæ ducit ad uitam, & pauci ſunt qui inueniunt eã. Item Attẽdite

Ioh. 18
Lutherãi Chriſtum nõ audiũt
Math. 5.
Luc. 6.
Ibidem
Luc. 12
Ib. 13
Math. 7.

uobis ne forte grauentur corda ueſtra in crapula & ebrietate & curis huius uitæ. Vigilate itaq; omni tẽpore orantes, Quoniam oportet ſemper orare & non deficere.

Luth. 21.
Ib. 18.

Nimiũ de fide confidunt Lutherani.

Hæc & id genus plurima diſſimulãt Lutherani, qui abiectis operibus ſola fide ſaluari uolunt, neq; ſinunt ſuos de uolũtate Dei dubitare, an ſit eis iratus, ſed quicquid agunt, ſemper propicium habent Deum, propter mirabilem ipſorũ fidem. Docet enim Lutherus, ꝙ homo Chriſtianus ſiue baptizatus tam diues ſit, ut etiam uolens nõ poſſit perdere ſalutem ſuam quantiſcunq; peccatis, niſi nolit credere. Quia nulla peccata poſſũt eum dãnare niſi ſola incredulitas. Cætera omnia, ſi redeat uel ſtet fides in promiſſionem diuinam baptizato factum, in momento abſorbentur per eandem fidem. Hec ille in forma.

Luthe. in Captiuit. Babylo.

Aleſius 9

Hæc ſunt myſteria ignota mundo, de quibus Chriſtus & Apoſtoli proprie philoſophantur. Neq; uero hęc myſteria Deus occultari uult, ſed extare,

cõſpici,tractari,ut noticia Dei illuceſcat nobis. Harum tantarum rerum noticiã obruere atq; obſcurare,plus eſt q̃ ſolem e mundo tollere.Necq; obruunt necq; obſcurant Epiſcopi tantarum rerum noticiam,ſed pie ac ſapienter curant ac prouident,ut Laici eiuſmodi noticiam ſane accipiant in Eccleſia,ne forte ſi domi legant, peruerſo ſenſu intelligant uerba Chriſti ſicut peſſime intelligunt ea Lutherani,qui ad ſola promiſſa reſpiciunt, Ad præcepta autem & ad prohibitiones Chriſti clauſos tenent oculos, ut ſola eis fides omnia p̃ſtet,de operibus enĩ nihil curãt. At Chriſtus reddet unicuicq; ſecundum opera ſua,ut ipſe dicit. Mala igitur eſt iſta fallensq; & falſa ſecuritas, qua fingunt Deum ſibi ſemper propicium & fide placatum, nunc̃q; uero iuſtum iudicem & ultorem in mala opera eorum. Quod ſane figmentum toti repugnat ſcripturæ, ipſe enim met ait, Ego ſum Dominus Deus tuus fortis Zelotes, uiſitans iniquitatem patrum in filios .Item Mihi uindictam &

Lutherani clauſis oculis legunt præcepta chriſti

Math.16.

Exo.20

Deut.32

ego retribuam Et pſalmiſta. Retribuet
Pſalm. 30 abundanter facientibus ſuperbiam.
Aleſius Quare te & admoneo & obte-
.10 ſtor ꝑ gloriam Chriſti, ut tua autoritate
impium illud decretum abroges, nec ad
iuues iſtorum Phariſæorum amentiam,
Vides mãdatum Dei quod iubet au-
dire Chriſtũ. Vides etiã, quales pœnas
minetur his qui recuſant audire Chri-
ſtum. In Deuteronomio ſcriptum eſt de
Chriſto. Prophetam ſuſcitabo eis de me
dio fratrũ ſuorũ, qualis tu es, & ponam
uerba mea in ore eius. Qui uerba eius
quæ loquetur in nomine meo audire no
luerit, ego ultor ero. Scio te rex cum ce-
teris regijs uirtutibus etiã pietate ſũma
erga Deum præditum eſſe, Eſt autem
illud inprimis piæ mentis, nõ cõtemne-
re diuinas comminationes, quas etiam
ſi rident iſti Epicurei Pontifices, tamen
ſani omnes fatentur non eſſe irritas. Et
extant in ipſa natura tã multa ueſtigia,
tam grauia exempla ſæculis omnibus
propoſuit Deus, quæ teſtantur Deum
ulciſci contemptũ religionis. Hic autem

nō obſcure profitetur, ſe fore ultorem, ſi quis non audierit Chriſtum.

Quicquid hic de audiendo Chriſto proponiť, pro Epiſcoporū decreto eſt, quo iubentur Laici audire Chriſtum in Eccleſia ex ore ſacerdotū, Quibus ipſe dixit. Qui uos audit, me audit. Nihil igitur periculi eſt ſubditis tuis Rex de miniſtris iſtis in eos qui nō audierint. Laici. n. pij & catholici, ordinate, obedienter & religioſe audiunt in Eccleſia. Viderint illi, qui neglecta aut cōtempta Eccleſiæ prædicatione, audire nolentes, domi legūt in uernaculo, quod ſine Doctore ſane intelligere non poſſunt. Contra ordinationē Dei, qua iubenť legē requirere ex ore ſacerdotis, & contra inſtitutionē Chriſti, qui eis paſtores & Doctores in Eccleſia poſuit, quos audire nolunt, Denicꝫ & cōtra ꝑceptū Pauli, qui ait. Obedite præpoſitis ueſtris & ſubiacete eis. Quare te Rex per gloriam & uolūtatē Dei & Chriſti eius per cꝫ ſalutē aīę & tuæ & populorū tuoꝝ te obteſtor ſupplicitercꝫ oro & obſecro ne huic diuinę

Coclæ.

Luc. 10

Grauiſſime peccāt ij, qui domi legunt & nō audiunt in Eccleſia ſacerdotē

Malach. 2

Ephe. 4.

Heb. 13

ordinationi reſiſtas, Ait enim Apoſto-
lus,Qui autem reſiſtunt,damnationem
ipſi ſibi acquirũt. Cum igitur Chriſtus
& tota ſcriptura iubeat audire ſacerdo-
tes in Eccleſia, non legere domi in uer-
naculo per ſacerdotũ contẽptũ & cõtra
Eccleſiæ inſtitutum,ſicut legunt ſuper-
bi ac p̃poſitis ſuis rebelles apud nos lai-
ci Lutherani. Pietatis tuæ Rex fuerit,
Chriſti ordinationi & diuinæ ſcripturæ
placitis reuerenter acquieſcere,non reſi-
ſtere,nec mittere falcẽ tuam in meſſem
Luc.11 alienã.Epis.n. nõ Regibus cõmiſſa eſt
Act.20 uerbi diuini diſpenſatio & regimen Ec-
cleſiæ, Caue igitur ab hoc Aleſij conſi-
lio,quo ſuadet,ut Epoꝝ decreto(quod
uides Chriſti ordinationi & toti ſcriptu
ræ conſonũ)reſiſtas.

Aleſius 11 Quare nõ dubitandũ eſt,hos,q
ſũmouent populum a Chriſti doctrina,
grauiſſimas pœnas Deo daturos eſſe.

Coclæ. Iam ſæpe dictũ eſt,ꝙ Ep̃i tui Rex nõ
ſũmouẽt populũ a Chriſti doctrina per
ſuũ decretũ,ſed pie ac prudẽter ꝓſpiciũt
ut eã accipiãt cũ fructu ſecundũ Chriſti

& Eccleſiæ ordinationē, qua iubentur
oues Chriſti audire uocē paſtorū ſuorū, Ioann. 10
& requirere legē Dei ex ore ſacerdotū. Malach. 2
Hoedi autē a ſiniſtris & porci Lutheri- Hoedi & porci Lutherici.
ci, hac Dei & Eccleſiæ ordinatione con
tempta, domi incircunciſo roſtro & in-
tellectu graſſantur in doctrina Chriſti,
quā ſine intellectu legūt, & per eam uel
male uel minime intellectā cæteros pios
& ſimplices Laicos fallunt, ſacerdotesq;
uexant irrident & cōtemnūt, in quos ue
nit horrenda illa maledictio, q̄ & in Iu- Pſalm. 68
deos perfidos lata eſt, fiat menſa eorum
coram ipſis in laqueū & in retributiōes
& in ſcandalū. Obſcurent oculi eorū ne
uideant, & dorſum eorū ſemp incurua.

Saul acie uictus, & uitā & regnū Aleſius 12
amiſit, quia Prophetæ uocem contem-
pſerat, Deinde ēt īterfecerat ſacerdotes.
Nā impietatis pœna furor ē, qui exceca
tas mētes poſtea præcipitat in omne ge-
nus flagitij. Ita & Pōtifices iſti gradum
faciunt ab his principijs, poſtq̄ ſacros li
bros prohibuerunt. Proximus gradus

eſt. Parricidiũ ſacerdotũ, hoc eſt, hoim piorum qui legunt ſacros libros.

Coclæ. 1. Reg. 19 O bella cõparatio Epõrum ad Saul & regẽ, De q̃ exijt prouerbiũ. Nũquid Saul inter ꝓphetas. Verboſus Rhetor adeo amaro eſt in Epiſcopos corde & aĩo, ut putet, oĩa in eos mala retorquenda eſſe, quæ uſq; in ſcripturis habentur expreſſa. Sed gemina hic in eos calũnia, odio excæcatus peccat, Neq; enim prohibent Epiſcopi ſacros libros, neq; occidunt ſacerdotes, Sed utuntur quotidie ſacris libris in Eccleſia, & eos tñ publice tum proponũt ſacerdotibus, ut ex eis populum recte doceant, Sed religioſulus iſte Rhetor, more Lutherico Eccleſiæ ordinem peruertens, Laicos dicit ſacerdotes, eos .ſ. qui ſacros libros domi ſupbe & per inobedientiam, contemptu legitimorum ſacerdotum doctrina, in uernaculo legunt & non intelligunt, in deſtructionem & ſubuerſionem ſimpliciũ quos inde fallunt, ſeducunt & in oẽ peccatum & ſcandalũ trahũt. Et tamẽ eos nõ occidũt Epi, q̃s ꝓhibet Paulus

Hic gemina eſt in Epiſcop. calumnia

eſſe

eſſe ꝑcuſſores, ſed qui morte digni ſunt, a ſæculari iudicantur & interficiuntur poteſtate. 1. Timo. 3

Bone Deus, ꝗ̃ noua, ꝗ̃ inaudita crimina ſunt hæc in Eccleſia, legere ſacros libros, audire legentem Euangeliũ Chriſti, aut aliquam Pauli ſententiam. Aleſius XIII.

Sophiſtica eſt hæc ſtropha, a dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter, ut ſupra declaratum eſt, Epiſcopi enim nõ ſimpliciter aut uniuerſaliter prohibent iſta, ſed ſecundũ quid & particulariter, ne ſcilicet laici domi in uernaculo legãt quod nõ intelligunt, neue in angulo audiant legentem uel Euangelium Chriſti uel Epiſtolas Pauli, contempta Eccleſiæ prædicatione legitima (quæ ordinate per ſacerdotem fit) ſicut Lutherizantes faciunt. Hoc enim nihil prodeſt, ſed maxime obeſt, quia fit in deſtructioonem & ſubuerſionem tum legentium tum audientiũ, uti clariſſime apud nos docet experientia. Cocle⁹ *Sophiſtica Stropha.*

Intra biennium duos uidimus Cometas, & plæraq; alia μετεωρα. Illa Aleſius XIIII.

mirantur homines tanq́ prodigia, cum hæc uerius prodigia ſint, in Eccleſia prohibere legibus lectionem ſacrorum librorum.

Cocle⁹ Repetitur ſæpe dicta fallacia, Epiſcopi enim prohibent ſacrorum librorum lectionem, non in Eccleſia, ut fallaciter calumniatur Aleſius, ſed domi & in angulo ſecundũ idioma uernaculum, ubi plus eſt periculi, minus & proprietatis in ſermone & intellectus in ſenſu, q́ ſi fieret ea lectio ĩ lingua regulata, qualis latina eſt & Græca. Et habent huius prohibitionis nõ ſolum pulcras & multas rationes atq́ cauſas ex authoritate ſcripturę Chriſtiq́ & Pauli (ut dictum eſt ſupra) uerũ etiam pulcra & inſignia in ſcripturis exempla. Nam in ueteri lege ita habetur:

Libri ſacri ſacerdotib. tradebantur, non laicis

Deut.31 Scripſit itaq́ Moyſes legem hanc, & tradidit eam ſacerdotibus filĳs Leui, qui portabant Arcã fœderis domini, & cunctis ſenioribus Iſraël, Præcepit eis, dicẽs: Poſt ſeptem annos, anno remiſſionis, in ſolemnitate tabernaculorum, conuenientibus cunctis ex Iſraël, ut appareant

in conſpectu domini dei ſui in loco quē elegerit dominus, leges uerba legis huius coram omni Iſraël audientibus eis, & in unum congregato tam uiris quàm mulieribus, paruulis & aduenis qui ſunt intra portas tuas, ut audientes diſcant, & timeant dominum deum ueſtrum, & cuſtodiant impleantq; omnes ſermones legis huius. Ecce Moyſes tradidit librū ſacerdotibus & ſenioribus nō mobili uulgo, nō indoctę plebi. Et pcepit, ut uerba legis corā omi Iſraël legant, nō domi & i angulo, ſed publice in Eccleſia, ubi oēs cōueniunt. Et addit, ut audiētes diſcāt, nō ait, ut legētes diſcāt. Quia pplus melius audiēdo a ſacerdote i eccleſia quàm legēdo domi in angulo legem diſcit. Sic & Ioſias Rex, inuento libro legis (qui ſub idololatris ac peſſimis Regibus Manaſſe & Amon diu latuerat) p Helchanam ſacerdotem & Pontificem, legit eum omni populo, a paruo uſq; ad magnum, legitq; cunctis audientibus omnia uerba libri fœderis qui inuentus eſt in do

Exemplū á Moyſe.

4. Re. 22 & 23. A Ioſia.

mo domini. En religioſiſſimus Rex librum legis legit, ſiue per ſe, ſiue per ſacerdotem coram omni populo, ſed nequaquam tradidit eum ſutoribus & cerdonibus domi legendum in angulo, ſicut tibi Rex Chriſtiane faciendum ſuadet Aleſius. Sic & Eſdras ſacerdos & ſcriba, uelox in lege Moyſi, quem & Artaxerxes Rex Perſarum legis dei cœli doctiſſimum dicebat, librum legis non tradidit populo domi legendum, ſed congregatus ad eum omnis populus, quaſi uir unus, audiuit uerba legis ex ore eius. Leuitæ ergo ſilentium faciebant in populo ad audiendam legem. Populus autẽ ſtabat in gradu ſuo. Et legerunt Leuitę in libro legis dei diſtincte & aperte ad intelligendum, & intellexerunt cum legeretur. Dixit autẽ Neemias & Eſdras & Leuitæ interpretantes uniuerſo populo: Dies ſanctificatus eſt domino deo noſtro, nolite lugere, & nolite flere. Ecce Leuitæ & ſacerdotes legerunt diſtincte & aperte ad intelligendum, & interpretati ſunt uerba legis, Populus autem

Ab Eſdra
1. Eſd. 7
2. Eſd. 8

audiuit. Ita et hodie ſit in Eccleſia ubi ordinate omnia (ut Paulus præcipit) fieri debent. Sacerdotum eſt, legere & interpretari : populi uero, audire & obedire. Sic & in nouo Teſtamento, Philippus a ſpiritu iuſſus, acceſſit ad currum Eunuchi Reginæ Candacis, audienſq; illum legentem Eſaiam prophetam, ait : Putas ne intelligas quæ legis ? Qui ait: Et quomodo poſſum, ſi non aliquis oſtenderit mihi ? Rogauitq; Philippum, ut aſcenderet & ſederet ſecum: Ecce uir pius et religioſus, qui deuotionis gratia ex Aethiopia uſq; Hieroſolymam uenerat legens ſacrum Eſaiꝺ librum ſtudioſe ex pia intentione, ut animam ſuam uerbo dei paſceret. Non peruerſa intentione, ſicut nũc legunt laici plurimi, ut inde uel iudicent ſuper quæſtionibus fidei, uel diſputent & ſcientiæ opinionem ſibi arrogent contra ſacerdotes. Si ergo Eunuchus ille tam pius ac tam ſtudioſe legẽs, intelligere non potuit, niſi oſtenderetur ei per aliquem, Quõ intelligent ſuperbi ac proterui laici noſtri, qui & ſiniſtre

1. Cor. 14

A Philip.

Actu. 8

Argumẽtum p locũ à maiori.

accedunt ad lectionem, & præter mater
næ linguæ balbutiem nihil unq̃ didice
runt? Magis igitur portentum eſt, & o-
mnibus cœli oſtentis horrendius ac no-
centius, q laici hoc tempore tam ſuper-
be & in perniciem tum ſuam tum alioꝝ
audent, contra Chriſti, Eccleſiæq; & oĩs
ſcripturæ utriuſq; Teſtamenti ordinatio
nem, incircumciſis labijs & impura cor-
dis intentione, ſacrorũ librorum cogni-
tionem peruerſiſſime, & ſibi arrogare, et
ſacerdotibus atq; adeo & ſacræ Theolo-
giæ doctoribus adimere: q̃ q Epiſcopi
lectionem ſacrorum librorum in uerna-
culo, ex qua tot proueniunt mala, ex de-
bito paſtoralis officij, talibus laicis, ue-
lut ouibus morbidis prohibent.

Aleſius XIIII. Chriſtus iubet omnes ad ſe ue-
nire, illi contra arcent a Chr̃o. Chriſtus
ꝓnunciat beatos eſſe, q audiunt uerbum
dei & obſeruant. Iſti cõtra acerbiſſimas
pœnas minant̃ cognoſcẽtib⁹ uerbũ dei.
Idq; faciunt Epiſcopi, quoꝝ hoc ꝓpriũ
offitiũ erat, oẽs inuitare ad cognoſcendũ
uerbũ dei, explicare, illuſtrare ṽbũ Dei.

Antitheſes iſtæ, meræ ſunt calumniæ, ex uana Rhetorices oſtentatione, & inimico in Epiſcopos animo prognatæ. Epiſcopi eñ reuera neq; a Chriſto arcent, neq; cognoſcentibus uerbũ Dei pœnas minantur. Volunt namq;, ut laici uerbũ dei audiant & obſeruent, atq; ad Chriſtum ueniant. Id quod in Eccleſia fieri oportet, non in hæreticorum aut Apoſtatarum angulis & conuenticulis, Chriſtus enim palam docuit, & in occulto locutus eſt nihil. Atqui Apoſtatæ, uelut Antichriſti, & in angulis docent, & laicis, ut domi contentioſe legant & Eccleſiam dei contemnant, pernicioſiſſime cõſulunt, & contentioſiſſime inculcant.

Cocleus

Non Epiſcopi, ſed Apoſtatæ ſunt Antichriſti.

Ioan. 18

1. Cor. 11

Nihil hic querar de cæteris malis quæ in Eccleſia hærent, culpa Epiſcoporum, quorũ recordatio eſt acerbiſſima. Hoc tantum cõcedant nobis Epiſcopi, poſtq̃ ipſi neq; uolunt neq; poſſunt docere, ut libros ſacros non aboleant.

Aleſius XV.

Hoc facile concedunt Epiſcopi, Nullus. n. eorum cupit ſacros libros abolere. Non equidẽ dico, Epiſcopos om̃i culpa

Cocleus

carere, plurimi enim eorum minus faci-
unt quam pro officio ſuo debent. Nequaquam
tamen ſacros libros abolent, ſed eos in ec
cleſijs ſuis fouent, retinent, legũnt, ſuiſque
Clericis legendos diligenter præcipiũt.
Eſt igitur & hoc argumentum nihil ali-
ud quam procax & impudens de generis a-
poſtatæ calumnia.

Aleſius XVI. Cum Antiochus religionem in
Iudæa abolere conaretur, libros prophe
tarum undique conquiſitos comburi iuſ-
ſit. Et quidẽ hic pœnas dedit iuſtas ſui
furoris, cum amiſſo exercitu, ipſe dolore
animi extingueretur. Nec cõtentus fuit
hoc ſupplicio deus, ſed etiam ipſius po-
ſteritatẽ deleuit, ut exemplum pœnę de
ſcriptæ in decalogo proponeret, ubi ait
deus, pœnas pro impietate uagari per
omnem poſteritatem. Qualẽ igitur exi-
tum habitura ſit iſtorum impietas, qui
a doctrina Chriſti populum arcent, qui
quantum in ipſis eſt, religionem totam
obruere atque delere conantur, qui mul-
tos, nullius ſceleris reos & ueræ pietatis

amantes, crudeliter occidunt, facile eſt diuinare.

Hic quoq;, poſt penā Antiochi, nihil aliud q̄ friuolas & infinitas uideo calumnias. Nihil enim horum, quæ falſo imputat Exul, faciunt Epiſcopi, faciūt autem ea Lutherani Apoſtatæ, qui ſeditioſe, in quācūq; uenerit urbē, auocant populum a doctrina Chriſti, quam deuote audire ſolebat a ſacerdotib⁹ in Ecclesia, & ueram priſcæ pietatis (quam a pijs parētibus & ſanctis patribus uelut optimam hæreditatem acceperat) religionem per noua dogmata obruunt ac delēnt. Quēadmodū in plæriſq; magnę Saxoniæ oppidis fecit ſacrilegus Apoſtata Ioānes Bugēhagius Pomeranus, qui & Daniæ regnum miſere turbauit atq; confudit, Et Angliæ quoq; regnū, quod tot floret eruditiſſimis Epiſcopis, turbare & ab antiqua religione auocare tentauit hypocritica quadam Epiſtola, cui⁹ īſcriptio erat, Ad ſanctos qui ſunt in Anglis, Hoc eſt, Ad impios Apoſtatas qui in ueſtimentis ouium ibi latent, &

Coclæ.

Apoſtatarum facinora contra religionē

Ioannes Pomeranus

Math. 7.

Iohan. 10.

intrinſecus ſunt lupi rapaces, qui in oc-
culto multas Epiſcoporum oues furan-
tur, mactant, deuorant, perdunt. Et qua
liter nuper egit in celebri quodam oppi
do (cuius nomini parco, ꝙ aliquandiu
in dignitate ibi conſtitutus fuerim) im-
Exemplū recens pijſſim⁹ Rapſaces & ſceleratiſſim⁹ Apo
ſtata quidam, qui ad plebem tot impijs
in ſacratiſſimā Miſſam clamoribus per
ſeptem & amplius annos inſaniuit, do-
nec tandem ad abolendam Miſſam atꝗ
ad obruendas omnes antiquas Patrum
Cærimonias, populi conſenſum ertorſit
intra proximum hinc mēſem. Nam die
xxi. Apri. Hoc āno Dñi. M. D. xxxiii.
ea impietas (quam tot annis parturiuit)
nuper in effectū deducta fuit, Ita tñ, ut
Senatus, dum rem illā teterrimam Cle-
ro trium Collegiatarū Eccleſiarum ac
totidem Monaſteriorum denunciaret,
publice proteſtatus ſit, ſe id nulla alia fa
cere cauſa niſi propter pacem concor-
diamꝗ & ciuilem ſtatum conſeruandū,
ad quod ineuitabilis eos urgeat neceſſi-

tas, iuſſit itaq; ut Clerus, ob euitandam ſeditionem paciſq; & concordiæ turbationem, a Miſſa & antiquis Cęrimonijs deſiſtat uſq; ad definitionem futuri Cōcilij aut uſq; ad generalem in religionis cauſa concordiā. Qua re ſic peracta impius ille Apoſtata in ſuggeſtum aſcendens & coram plebe ſacris noſtris inſultans pronūciauit abrogatam miſſam in ultimo ſepultā inferno, ubi nulla eſt redemptio. Et niſi Senatus ſimul cū Clero eius machinationi ceſſiſſent, nemo eorum ſaluus euaſiſſet. Reuera igitur non Epiſcopi, ſed Apoſtatæ, talia ubiq; perpetrant ſcelera. Iuxta illud ſcripturæ. Homo Apoſtata, Vir inutilis, graditur ore peruerſo, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia ſeminat. Cęterum de Epiſcopis nulla ſic loquitur ſcriptura. *Prouę. 6.*

Sed negāt ſe arcere populū a doctrīa Christi, tuti⁹ inquiūt populo eſſe, Aleſius 17

publice audire doctos in templis, ꝙ do mi legere quæ non intelligant, quæ nemo explicet, ubi plæraqꝫ non intellecta pariant errores. Hanc unam habent opinor rationem, qua tuentur ſuum decretum. Quæ quantum habeat mali, facile eſt uidere.

Coclæ. Bona profecto & efficax eſt hęc Epiſcoporum ratio, ſed non eſt unica, uti putat Aleſius. Quandoquidē permultæ aliæ ſuperius per diuerſa loca cōmemoratæ ſunt, quas repetere & longum & faſtidioſum foret, ipſe uero Epiſcopi (q non temere, ſed longa p̄meditatione omnia expendentes, ita decreuerūt) multo adhuc plures, ubi opus fuerit, enūerare & aſſignare poterunt: tanto ſane uberiꝰ atqꝫ decentius, quanto maiorem habēt ꝙ ego ſcripturarum cognitionem & rerum experientiam.

Aleſius 18 Primū, fac eſſe aliquos, apud quos lectio pariat aliquid incōmodi, qd fiet ceteris ac melioribꝰ. Quare his excutiant ſacros libros de manibus, quorum mentes non aliter cōfirmari, niſi aſſidua

lectione poſſunt. Cur his non licet domi liberos ad ueram ac germanam Chriſti cognitionē inſtituere atq; aſſueſacere?

Epiſcopi nequaquam prohibent omnibus uniuerſaliter ſacrorum librorum lectionem, ut ſæpe dictum eſt, Non prohibent Regibus & principibus. De quibus ita in lege diuina cautum norunt. Poſtq; autē ſederit in ſolio regni ſui, deſcribet ſibi Deuteronomiū legis huius in uolumine, accipiens exemplar a ſacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit ſecum, legetq; illud omnibus diebus uitæ ſuæ, ut diſcat timere dominum Deum ſuum &c, Neq; item prohibent ſenioribus, qui exercitatos habent ſenſus, & ex Eccleſiaſticis prædicationibus didicerunt ſane intelligere quæ legunt. Nam & Moyſes librum legis legitur tradidiſſe ſacerdotibus filijs Leui, & cunctis ſenioribus Iſrael. Deniq; non prohibent Doctoribus & Magiſtris qui locos intellectu difficiles poſſunt inueſtigare in ſanctorum patrum Cōmentarijs, Neq; item probibent pijs & honeſtis ciuibus,

Coclæ. *Non omnibus prohibentur ſacri libri* Deut. 17. Deut. 31.

qui firma fide,pura mente,ſimplici cor-
de & ſancta intentione, cum timore &
reuerentia uolunt ſalutares Chriſti &
Pauli aliorumq́ꝫ Apoſtolorum doctri-
nas in nouo teſtamento legere,ad ædifi-
cationem tum ſui,tum ſuorum liberorꝫ
& familiæ.

Quib9 recte prohibetur ſcripturæ ſacræ lectio

Sed prohibent(ut ſepe dixi)Laici idio
tis ſuperbis & ꝓteruius(quorũ nũc ma-
ximus eſt numerus)qui in fide hæſitant
aut penitus Lutherizant, qui ſiniſtra in
tentione legunt,nempe ut uel iudicent
de Papa & de ſuis Epis & Paſtoribus,
uel cum ſacerdotibus diſputent & eos
corã plebe cõfundant,qui legũt & non
recte intelligunt ſed ex proprio capite
quẽlibet ſenſum ſibi temere fingũt, qui
legendo & male intelligẽdo errãt alioſ-
q́ꝫ in errorẽ mittunt(ut ait Apl'us)q̃ abu
tuntur ſacris libris in deſtructionem ad
ſubuerſionẽ ſimpliciũ,& ad hæreſes cor

2.Tim.3.

roborandas,Talibus enim longe tutius
meliuſq́ꝫ fuerit,nõ legere q̃ꝫ legere in ꝑ-
niciẽ & ſuã & aliorũ. De talibus aũt cõ
tendere uidetur Aleſius,quia ad diſcor-

diã hæreſimq; ſuſcitandã corroboran-dãq; magis idonei ſunt q̃ cæteri.

Nam q uere fideles & pacifici ſunt, ij mentes ſuas uel ſine lectione per auditũ in Eccleſia cõfirmare poſſunt, Nam fi-des ex auditu eſt, ut ait Apoſtolus, ſed non ait, fide ex lectione eſt. Qui enim in ſide hæſitans, ad lectionem nudi text⁹ confugit, ſimilis eſt fluctui maris qui a uento mouetur & circunfertur. De tali libus ſic ait Paulus, Iam non ſimus par-uuli fluctuantes, & circunferamur om-ni uento doctrinæ in nequitia hominũ, in aſtutia ad circunuentionẽ erroris. Ta les ergo per lectionem nudi textus neq; recte confirmant ſeſe, neq; alios recte ad ueram & germanã Chriſti cognitionẽ domi inſtituunt, ſed fluctuant inter fidẽ & hæreſim, inter Eccleſiam & ſectam dubitãtes apud ſe utri parti accedant. Quib⁹ ait dñs, Modicę fidei, quare dubi tatis. Si uero penit⁹ exciderũt ĩ hęreſim, nullũ eis ius ad ſacros Chrianoꝝ libros amplius cõpetit, ideo iuſtiſſime ab eis re pellunt̃, uti ꝓbat antiqſſim⁹ Tertullia.

Fides ex auditu eſt potius q̃ ex lectio-ne.

Ro. 10.

Iac. 1

Ephe. 4.

Math. 14

Tertul. in lib. de præ ſcrip. hæ-reticorũ.

Aicnus Preſertim cum Deus pręcepe
19 rit de lege, ut ſcribatur in omnibus ueſti
bulis, ut ſemper ſit ob oculos. Quanto
magis neceſſe eſt Euangelium ita in cō-
ſpectu ſemper habere. Cur his igitur eri
pitur Dei beneficium, & quidem cōtra
mandatum Dei, etiam ſi alij nōnulli for
taſſis hoc beneficio abuſuri erant. Cur
nō eadē ratione hoīes a uino, a cibo, ab
auro abſtrahūt, quia multi abutantur.
Illud potius erat faciendū, quod Deus
præcipit. Proponendum erat uerbum
Dei omnibus, adhortandi omnes, ut nō
ſolum ſtudioſe legerent, ſed etiam reue-
renter tractarent, atq; conferrent planas
ſententias ad loca obſcura.

Deut. 6 Deus non librum legis, ſed uerba De
calogi iuſſit ita ſcribi in limine & oſtio
domus, & ligari q̄ſi ſignū in manu. Cæ-
terum de libro legis oſtenſum eſt ſupra
ex multis ſcripturæ locis, q non cunctis
filijs iſrael, ſed tantum ſacerdotibus &
Deut. 31. ſenioribus traditus fuerit, qui eū popu-
4. Reg. 23 lo legerent, populus uero audiret. Ne-
2. Cor. 3. q; tamē par eſt ratio de lege & de Euā-
gelio,

gelio: Lex enim ſcripta eſt in tabulis la-pideis (ut ait Apoſtolus) Euangelium uero in tabulis cordis carnalibus. Lex atramento ſcribebatur, euangelium ſpiritu dei uiui, Legis litera occidit, Spiritus autem Euangelij uiuificat. Vnde et Hieremias propheta dicit: Ecce dies uenient (dicit dominus) & feriam domui Iſraël, & domui Iuda fœdus nouum, Et dabo legem meam in uiſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam, & ero eis in deum, & ipſi erunt mihi in populum.

2. Cor. 3

Hiere. 31

Talis ſane populus erat, ubi multitudinis credentium erat cor unum & anima una, anteq̃ ullum eſſet ſcriptum Euangelium. Longe enim meliores ſunt Chriſtiani, qui euangelium Chriſti gerunt in pectore, q̃ qui uoluũt in ore & uerſant in manib9, charitate intus uacui. Quales proh dolor ſunt omnes Lutherani, tam manifeſti q̃ occulti: quibus libri ſacri nihil proſunt, ſed maxime obſunt. Quod uero ait Aleſius, contra mandatum dei eripi illis dei beneficium, omnino falſum eſt; primo quia bonis & pijs,

Actu. 4

Meliores ſunt Chriſtiani, qui Euãgeliũ in corde, q̃ q in ore aut in manibus portant.

qui ad ædificationem legere cupiunt, nō prohibent Epiſcopi, ſi Decretum recte iuxta eorum intentionē interpretetur.
1. Cor. 12 Ephe. 4 Heb. 13 Deinde Deus nuſq̄ mandat, oēs laicos legere aut habere libros euāgelij, ſed mā dat potius, ut audiāt ſuos p̄poſitos paſto res et doctores. Deniq; nō debet dici dei beneficium, talis lectio, quæ legenti in malum & non in bonum cedit. Quæ deinceps adiungit, uerba ſunt, in cortice quidem pulchra, ſed intus fraudulenta. Non.n. ignorat Aleſius, ſutores, lanios, cerdones, & id genus alios artifices (q̄s apoſtatæ in occulto p̄occupant, atq; ad res nouas hortantur, & in partē lutheri trahere ſtudent) longe ineptiores eſſe, q̄ ut ſcripturā ſcripturæ recte cōferre queant, & longe ꝑteruiores q̄ ut ſanam Catholicorum epiſcoporū & ſacerdotū adhortationem admittant aut acceptent.

Aleſius XX. Olim cum Eccleſiā nō pautiores hæreſes ac ſectæ lacerarent q̄ modo, tū apoſtoli p̄cipiebāt legi ſacros libros. Ita n. tunc putabant p̄muniri aīos aduerſus

hæreſes. Nunc iſti aliam uiã repererunt.

Mira Dei ultio in hæreticos, ut uelut ſerui neq; ex ore ꝓprio iudicent, & proprio iudicio cõdemnent. Nullũ ꝑfecto cõperi inter tot huius tꝑis hæreticos, q nõ fuerit hac plaga dei punitus, Quorꝫ oĩm ſane inſigne exemplũ ac euidens teſtimoniũ eſt, Dux et anteſignanus eorꝫ, Lutherus meus Septiceps. Nonne igit͂ & Aleſius hic ſeipſum ꝑdit ac damnat, dum fatet͂ nõ paucas, modo ſicut olim, Eccleſiã lacerare hæreſes & ſectas? Quid ipſe aliud intendit aut agit: ſi lutheranus nõ eſt, cur a patria Vuittẽbergã ꝓfugit? Si eccleſiã nõ lacerat, cur ſummi Pontificis in Lutherũ ſententiæ & Epiſcoporꝫ ac paſtorꝫ ſuorꝫ monitis, p̃ceptis & doctrinis nõ credit nec acqeſcit? Cur te regem & populos tuos in Epiſcoporꝫ odium tot amarulentis calumnijs concitat? Iuſtus es domine, & rectũ iudiciũ tuũ. Qđ ꝟo ait Aleſi9, apl'os p̃cepiſſe legi ſacros libros cõtra hæreſes, nihil facit cõtra epiſcoporꝫ decretũ. Nõ.n. ſutorib9 & lanijs, ſed epiſcopis & p̃sbyteris ita p̃cipie

Cocle.

Luc. 19

Tt. 3

Aleſius ſe ipſum dãnat ore et ope proprio.

Pſal. 118

Quibus præceptũ eſt legere ſacros li.

bant Apoſtoli. Sic.n. p̄cipit Timotheo
1. Tim. 4 Paulus: Prædica uerbum, inſta oportu-
ne importune, Argue, obſecra, increpa,
in omni patientia & doctrina, Erit enim
Tit. 1 tempus, cum ſanam doctrinam non ſu-
ſtinebunt &c. Sic Tito, ut epiſcopus po
tens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos
qui contradicunt arguere. Sic Epiſcopis
Actu. 20 Aſiæ, ut attendāt ſibi & uniuerſo gregi,
ſciebat enim ꝙ poſt diſceſſionem eius in
traturi eſſent lupi rapaces, qui gregi nō
1. Pet. 5 parcerent. Sic & Petrus ſenioribus, hoc
eſt epiſcopis & presbyteris præcipit. Pa
ſcite qui in uobis eſt gregem dei, Sobrij
eſtote et uigilate, quia aduerſarius ueſter
diabolus, tanꝗ leo rugiens, circuit quæ-
rens quem deuoret, Cui reſiſtite fortes
in fide. Paſtorum igitur eſt, non ouium,
cōtra lupos pugnare gladio ſpiritus q̄d
eſt uerbum dei, Ouium uero eſt, ad pa-
Ioan. 10 ſtores confugere, & uocem eorum audi-
re, ſicut Chriſtus pręcipit & ratio dictat.
Nunc uero pecudes Lutheranæ, omnia
peruertentes, a paſtoribus ad lupos con
fugiunt.
Aleſius Sed, dicendum eſt enim id quod

res eſt, Non prohibent hanc lectionem propter obſcuritatem ſcriptorũ. Aliud agitur, Illa enim reformidant, quæ ſunt in ſacris literis planiſſima & clariſſima, quæ pugnare uident cum impijs et ſacrilegis opinionibus, quas ipſi per ambitionem aut uentris cauſſa defendunt. Hinc ſunt hæ lachrymæ, Sed non dicam hac de re plura.

Coclę[9]

Niſi hoc impudens eſſet mendacium et procax calumnia. Indicaſſet profecto Aleſius ſaltem unum et alterum ſcripturæ locum, qui pugnet cum opinionibus Epiſcoporum. Quid opus eſt igitur ad maledictum uſq; adeo mendax et omni probatione uacuum reſpondere? Neq; enim dicit, quæ nam ſint impiæ et ſacrilegæ Epiſcoporum opiniones. Et tu Rex hominem uſq; adeo procacem et ſeditioſum atq; infrunitum, qui ſuis patribus et prælatis contra omnem ſcripturã et honeſtatem ſic abſq; omni ratione et probatione improperat, etiam ad Maieſtatem tuam in publica Epiſtola, in regno tuo feras, aut ab exilio reuoces niſi erro-

Impudens & malignus conuiciator.

res & mendacia prius reuocet ipſe? Ca-
ue, ſi ſapis, ut ſapis, ab hoc Apoſtata, qui
ſic graditur ore peruerſo, & omni tem-
pore iurgia ſeminat.

Aleſius XXII. Sunt & aliæ multo maiores cauſ-
ſæ, quare lectio neceſſaria ſit præter ipſo-
rum contiones publicas. Cum enim de
locis maxime neceſſarijs ad pietatem, in
ſuis concionibus aut nihil dicant, aut fal
ſa tradant, Certe bonos neceſſe eſt alibi
quærere doctrinam quæ mentes excitet
ad pietatem, quæ a dubitatione liberet,
quæ de uera inuocatione, fide, ac ſpe do-
ceat. Quid enim de his rebus docent in
ſuis concionibus, quæ cõſumuntur par-
tim in ocioſis diſputationibus, quas ex
quadam corrupta Philoſophia proferũt
partim in fabulis inſulſiſſimis, quas de
diuis finxerunt, partim in encomijs ſua-
rum ceremoniarum, quas ut carius uen
dere poſſint, uelut mangones, miris arti-
bus ornare ſolent.

Cocle9 Hic uidet Celſitudo tua Rex, ꝙ uera

ſit Exulis huius querela & excuſatio; cum dicit ſe ſine cauſſa expulſum, eo q̃ nihil unquam ſenſerit contra Eccleſiam, nec probauerit aliquid ſeditioſum contra Eccleſiaſticã poteſtatẽ. Video hominem ex æquo impudentem & ad calumniandum ſuos prælatos, & ad negandũ manifeſta ſua peccata. Non arbitror equidem Rex, Concionatores in regno tuo nunc uel ineptius, uel indoctius prędicare uerbum dei, quam prædicauerũt prædeceſſores eorũ ante annos C. CC. aut CCC. imo et ante años DC. DCC DCCC. Quandoquidem nunc multo plura habent & ſanctorum Patrum uolumina, & linguarum aliorum ſtudiorum præſidia & adminicula, q̃ in barbaricis retro ſæculis habuerunt eorum Anteceſſores. Per Chalcographiam eñ nunc abunde cuncta ad ſtudium neceſſaria ſuppetunt, qua caruerunt ſæcula priora. Verum ſi Chriſtus ipſe & Paulus hodie concionarentur apud Lutheranos, & non dicerent populo placentia mox dicturi eis eſſent; Nolite aſpicerę

Concionatores nũc facilius docti ſiunt q̃ olim.

Eſa. 30

nobis ea quæ recta ſunt, loquimini no-
bis placentia, uidete nobis errores. Po-
pulus enim ad iracundiã prouocans eſt,
& filij mendaces, filij nolentes audire le-
Aleſius, hæreticus gem dei. Quomodo igitur hæreticus &
Lutheranus non eſt iſte, qui aliam quæ
rit doctrinam de uera inuocatione, fide
ac ſpe? Nunquid hactenus ꝑ D.CCC.
& amplius annos ſine uera inuocatione
fide & ſpe Scoti fuerint? Apageſis Rex
hunc & patrum calumniatorem & pa-
triæ hoſtem, & caue, ne occultis eiuſmo-
di libris pios populos tuos ſubuertat in
fide & ad rebellionem incitet, anteq̃ ſen
tias. Diſplicent ei legendæ Sanctorum,
quibus & in fide & in uita miraculorũ-
q; uirtute longe diſſimili ſunt Luthera-
ni, qui & cæremonias antiquas tollunt,
ut eo facilius populum ab antiqua fide
in nouam Lutheri, aut potius in renoua
tam Pighardorum hæreſim pertrahant.

Aleſius XXIII. Pauci quidam dicunt aliquid de
moribus, perinde ac ſi in Eccleſia nul-
la alia doctrina neceſſaria eſſet. De pœ-
nitentia, de beneficio Chriſti, q; gratis ſi-

de conſequamur remiſſionem peccato-
rum, ꝙ placeamus Deo gratis non pro
pter noſtram dignitatē, ſed fiducia Chri
ſti, ꝙ hæc fiducia in inuocatione exiſte-
re debeat, ꝙ Deus uelit coli cum dubi-
tatiõe, de diſcrimine regni ſpiritualis ac
politicarum rerum. De traditionibus
humanis, ut uocant, deq; alijs multis ne-
ceſſarijs rebus aut ſilentium eſt aut in-
culcant contraria Euangelio.

Si ita eſt, Rex, ꝙ de his alijſq; multis necceſſarijs rebus per tot ſecula in regno tuo aut ſilentium fuit aut cõtraria Euã-gelio prædicata ſunt, ſequitur profecto ineuitabiliter ex hoc, ꝙ nemo in ſcotia tot ſæculis eſt ſaluatus ſed perierunt omnes, nõ ſecus atq; Pharao cum toto ſuo exercitu perijt in mari rubro. Impoſſibile eſt enim ſine recta fide placere Deo, aut ſine his, q̃ ad ſalutē neceſſaria ſunt, ſaluari. Quis non uidet hæc omnia Luthericæ eſſe farinæ? Scilicet rectius docent de pœnitētia Lutherani q̃ Catholici, quia magis placet eorum doctrina carnalibus, quos neq; ad confeſſionem

Coclæ.

Exo. 14.
Heb. 11.
Qualiter de pœnitentia docet Lutherus
Luthe. in Captiuit. Babylo.

occultorum delictorum neq; ad ſatiſfa-
ctionem pro peccatis cogũt, ſed omnia
mox remitti pronunciant per fidem in
promiſſionem baptizato factam. Nam
Luthe. in aſſertione arti. 6. & iſtum aſſerit articulum contra Papæ
ſentẽtiã Lutherus, Quod cõtritio, quæ
paratur per diſcuſſionem, collectionem
& deteſtationem peccatorum, qua quis
recogitat annos ſuos in amaritudine ani
mæ ſuæ, ponderando peccatorum gra-
uitatem, multitudinem, fœditatẽ, amiſ-
ſionem æternæ beatitudinis & acquiſi-
tionem æternę damnationis, hæc (inqt)
contritio facit hypocritam, imo magis
peccatorẽ. Placent & iſta craſſis, nitidis
dealbatis Bacchi Veneriſq; mancipijs,
Lutheri diſcipulis, ſola fide iuſtificari,
gratis remitti peccata, gratis Deo place
re, nihil ad rem facere opera, Deum ſolã
requirere fidem, de operibus nihil cura-
re &c. Hæ ſunt iſtarum Syrenum canti
lenæ, quæ ſua dulcedine attrahunt ho-
Quã turpis fiducia ac chriſto mines pecorinos, gulę uentriq; deditos,
Quos fiducia Chriſti iubent de peccato
rum remiſſione ſecuros eſſe, & nihil du-

bitare quin Deo placeant propter Chriſtum. Quaſi uero Chriſtus ideo paſſus ſit ut ipſi ſecure peccent & nihil boni faciant, Aut tam cæcus & iniquus ſit iudex Chriſtus, ut nullum faciat diſcrimẽ meritorum inter bonos & malos, ſed ſolam reſpiciat fidem, Cum tamẽ apertiſſime dicat, ſe daturum unicuiq; iuxta opera ſua. Qui ergo ſic abutuntur Chriſto ad uitia ſua, nõne magis blaſphemi ſunt q̃ omnes fuere iudæi? Et tamẽ ita excæcauit eos malicia ſua, ut tot tãtiſq; obruti pctis, nolint dubitare, ſe placere Deo propter fidẽ ſuã in Chriſtũ. Dicũt itaq;, Deũ nõ uelle coli aut inuocari cũ dubitatiõe. Quaſi nefas ſit hoĩ Chriſtiano, q̃libet peccatori, dubitare an in gratia Dei ſit, necne. Cũ tñ cõtra dicat apertiſſime ſcriptura. Neſcit hõ, utrũ amore an odio dign9 ſit, ſed oĩa in futurũ ſeruãtur incerta. Et S. Petrus. Si iuſt9 quidẽ uix ſaluabiť, impius & pctõr ubi parebunt? Itẽ S. Paulus. Neq; me ipſum iudico, nihil.n. mihi cõſcius ſum, ſed nõ in hoc iuſtificat9ſũ. Qui aũt iudicat me Dñs eſt.

Math. 16.

Eccle. 9.

1. Pet. 4.

1. Cor. 4.

Et cum ſe Rabini iſti perhiberi Doctores bonorum operum uelint, de hoc genere operũ nõ docẽt, qđ & ſũmũ eſt & propriũ Eccleſiæ Chriſti. De talibus locis cum mutę ſint iſtorum conciones, quid facient bonæ mentes, unde petent certam doctrinam? ſi ne domi quidem legere uel audire licet Euangelij libros.

Coclæ.

Certa doctrina in Eccleſia eſt, nõ extra.

In ueris Euangelij libris, qui nõ ſunt Lutheri fermento deprauati, talis doctrina, quæ tam impie abutitur ad uitia Chriſto, nuſq́; reperit̃. Bonæ igitur mẽtes certam doctrinam quærent in Eccleſia, cui ſpiritum ueritatis promiſit ac dedit Chriſtus, A ſuis paſtoribus & doctoribus legitime uocatis, quibus ait dominus. Qui uos audit, me audit. Quod ſi uideant̃ indoctiores q̃ ut quærenti ſatiſfacere queant, licebit ex ſuperioribus eorum quærere, qui indicabunt tibi iudicij ueritatem (ut ait diuina ſcriptura) ſequeriſq; ſententiam eorum, nec declinabis ad dexteram neq; ad ſiniſtram. Si ergo ſanis eorum ſermonibus & ei quæ

Iohan. 16.

Luc. 10.

Deut. 17.

ſecundum pietatem eſt doctrinæ non acquieueris, ſed aliter docentes queſiueris, ſuperbus es, nihil ſciens (ut ait Apoſtolus) ſed langues circa quæſtiones & pugnas uerborum, ex quibus oriuntur inuidię, contentiões, blaſphemiæ, ſuſpitiones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum (quos in hac patria nunc Suermeros dicimus) & cætera mala, quæ nos Germani iam. 15. annis ex huiuſmodi uerborũ pugnis & quęſtionibus experti ſumus. 1. Timo. 6

Deniq; hoc totum conſiliũ prohibẽdi huiuſmodi lectionem eo ſpectat, ut populus paulatim induat ethnicas perſuaſiones, extincta uera Chriſti noticia. Et hanc populi inſcitiam ſibi profuturam eſſe Pontifices arbitrãtur. Aleſius 25

Non eſt ita Rex. Nã populi tui ſupra 500. annos eiuſmodi conciones audierunt, per quas ab Ethnico ritu ad Chriſti fidem peruenerũt & tot ſæculis in ea fœliciter permanſerunt. Si uero nouam per Apoſtatas doctrinam induci ac diſpergi permiſeris, per quam & a Sede Coclæ.

Apoſtolica & a fide patrũ deficiant po-
puli tui, nihilo melius habebunt profe-
cto q̃ nunc habent plurimi Germaniæ
populi, q poſt admiſſum Lutheriſmũ,
miſere & de fide dubitant ſua & in mo-
rum diſciplina multis ethnicis deterio-
res exiſtũt. Nam amiſſa per ſeparationẽ
charitate & abiecto per falſam ſecurita-
tem timore Dei, oĩbus uitijs aperta eſt
ianua. Et ubi prius habitauit in cordib9
Eſa. 13. piorũ Chriſtus & requieuit ſpiritus ſan-
ctus, ibi nunc habitant ſtrutiones, ſal-
tantq; (ut ait propheta) piloſi, & ululæ
atq; Syrenæ reſpõdent in delubris uo-
luptatis.

Aleſius 26 Sed te sereniſſime Rex, cui om-
nes regni partes, ac præcipue religiones
tuendas Deus cõmiſit. Decet obſiſtere
impijs conſilijs, & pręſtare, ne hac noua
Tyrannide opprimantur Eccleſię. Hoc
officium in primis debes Chriſto, ut cu-
res eius notitiam quam latiſſime propa-
gari. Ideo enim impartit Deus Regibus
ſocietatem diuini nominis, cum ait, Ego
dixi Dij eſtis, ut res diuinas, hoc eſt reli-

gioncs, iuſtitiam ac pacem inter homi-
nes tueantur.

Maximequidem decet Celſitudinē tuam Rex, religionem, iuſtitiam ac pacem inter homines tibi ſubditos tueri. Ait enim diuina ſapientia. Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt. Et ſacra ſcriptura præcipit Regi, habere ſecum ac legere librum legis omnibus diebus uitæ ſuę, ut diſcat timere Dominum Deum ſuum, & cuſtodire uerba & ceremonias ei⁹ quæ in lege p̄cepta ſunt. At quam primum admiſeris per Apoſtatarum ſuggeſtiones Lutheriſmum, mox omnia illa perdes. Quid eſt enim religionis apud Lutheranos, ubi plæraq; templa publice prophanant̄, & mutantur nūc in arces nūc in equorū ſtabula, aut fundit⁹ diruunt̄? Quid iuſtitiæ, ubi Eccleſiaſticis eripiūtur bona ſua per uim contra pias & ultimas fundatorum uoluntates, & contra publicas leges & ſacros Canones? Quid denique pacis, ubi continuæ

Proue. 8.
Deut. 17.
Apud Lutheranos neq; religio eſt neq; iuſtitia neq; pax.

ſunt contentiones, diſſidia, inimicitiæ, iurgia, opprobria, ſeditiones, turbatio-neſq; omnium ſtatuum & ordinū atq; dignitatum. Nō igitur impia, ſed maxi-me pia pro cōſeruanda religione, & ſa-lutaria pro conſeruanda unitate & con-cordia, atq; etiam neceſſaria pro anima-rum ſalute, ſunt iſta Epiſcoporum tuo-rum conſilia, quibus proſpicere ſatagūt, ne hac occaſione per nouum teſtamen-tū ab Apoſtatis in uernaculo uel in tex-tu deprauatum uel in ſenſu peruerſum, Lutheriſmus in pacatum regnum tuū irrepat, nouiſq; tumultibus omnia con-turbet & inuertat.

Aleſius 22 Hoc beneficium poſtulant a te omnes pij, neq; tantum natu maiores, quibus opus eſt lectione Euangelij ad erigendas & confirmandas mētes in his uitæ piculis, quæ ſunt infinita. Sed etiā infantia atq; uniuerſa poſteritas. Multū enim refert, teneram ætatem domeſtica inſtitutione ad pietatem aſſueſieri.

Coclæ. *Callidus ſerpens* Caue Rex Inclite, ne hoc uerborum lenocinio & ſimulata religionis defen-ſione

ſione callidus iſte ſerpens te circumue-
niat, Sicut Euam circumuenit ſerpens *Gene. 3*
ille qui callidior erat cunctis animanti-
bus terræ. Pios enim hic uocat nullos a-
lios reuera in corde ſuo, quam qui Lutheri-
zant, ſiue aperte, ſiue in occulto. Quibus
periculoſiſſimum fuerit nouum Teſta-
mentum in uernaculo domi legendum
alijsque prædicandum, uel tradere uel per
mittere, uti ſupra oſtenſum eſt multis ra
tionibus. Quæres forſitan, unde hoc ſci-
am, quod illos tantum pios uocat in corde *1. Reg. 16*
ſuo, Cum non homo, ſed deus intueatur *Intueri*
cor? fateor equidem Rex, quia cor eius *cor.*
non inſpicio intus ſecundum ſe, ſicut in-
ſpicit deus, probe tamen illud inſpicere
mihi uideor ab extra, & de foris per eius
uerba uelut per tranſennam. Ait enim *Mat. 12*
dominus: Ex abundãtia cordis os loqui-
tur. Bonus homo de bono theſauro ſuo
profert bona, & malus homo de malo
theſauro ſuo profert mala. Cum igitur
Aleſius Epiſcopos & Monachos, qui lu
theri doctrinæ ac ſectæ repugnant, di-
cat impios, atque eorum cõciones & mu-

tas de rebus pijs ac neceſſarijs, & Euan-
gelio contrarias, non obſcure hinc ſequi-
tur, omnes ab eo cenſeri errantes & im-
pios pariter, quicunq; illis adhærent, aut
eorum concionibus credunt, Ergo eos
duntaxat iudicat pios, qui Epiſcopis in
corde ſuo repugnant, & luthero conſen
tiunt. Intelligis iã, credo, quid uelit hac
blandiloqua pietatis ſimulatione impi-
us & nouarũ rerum cupidus Apoſtata,
Vellet enim per nouum Teſtamentum
(quod ſuo titulo, & ſecundum ſe nõ eſt
de hæreſi ſuſpectum, neq; notatum ſicut
libri lutheri) latenter lutheriſmum inue-
here, quem aperte profiteri apud uos nõ
audet. Cæterum adeo non prodeſt eiuſ-
modi pijs, hoc eſt lutheranis, ea lectio, ut
mentes eorum ad terrena depreſſæ ma-
xime fluctuẽt in fide, et de charitate (quã
ſummo animarum ſuarum malo perdi-
derunt) ne cogitent quidẽ. Et pueri atq;
adoleſcentes eorum uſq; adeo nihil pie-
tatis & diſciplinæ præ ſe ferunt, ut orare
ac ſacris intereſſe ſit eis non modo ridi-
culum, ſed & abominatio & nefas, defer

Quales pueri Lutheranorum.

re autē honoris gratia presbyteris, apud eos dedecori habeatur, Monachum uero uidiſſe pro omine & oſtento habeant, quem et uelut lupum publice inclamāt.

Ac ſi ad poſteros propagari religionem uolumus, profecto habenda eſt ratio puericiæ, ac præſtandū, ut hæc diligenter inſtituatur, non ſolum foris, ſed etiam domi, præſertim cum Eccleſiæ, ut nunc quidem ſunt, primam inſtitutionem puerorum totam parentibus relinquant, Nulla eſt eius ætatis κατήχησις in Eccleſia, qualis fuit quondam. Aleſius 28.

Qualis ſit apud Scotos puerorū educatio, neſcio equidem, Scio autē ꝙ apud nos Germanos, ante lutheriſmi irruptionem, pueri, mox ut balbutire incipiebāt a parentibus religioſe docebantur orationem dominicā, ſalutationē Angelicā, Symbolum apoſtolorum, & decem præcepta decalogi, ut ſcirent orare anteꝙ̄ poſſint, uel perfecte loqui, uel firmo greſſu incedere, & pulcre uidebatur in eis compleri illud Pſalmiſtæ, cuius & Saluator Psal. 8

Cocleus. Qualis educatio puerorū apud Catholicos.

noſter in Euangelio meminit: Ex ore in
Matt. 21 fantium et lactentium perfeciſti laudem
Portabantur præterea in ulnis matrum
aut ancillarum ad templa, ut ſimul inter
eſſent tum peragendis ſacris, tum publi-
cis concionibus & canticis, atq; ita pios
religionis noſtræ ritus, ante omnem pro
prij ſenſus & carnis maliciam, uidendo
atq; audiendo addiſcerent ac uelut cum
lacte imbiberent. Id quod Catholici ad
huc hodie obſeruant & faciunt.

Qualis apud Lutheranos. Sed apud Lutheranos quid fit? Illud
profecto, quod eloquitur propheta qui
dam: Patres comederunt uuam acerbã,
Ezec. 18 & dentes filiorum obſtupeſcunt. Ibi uiſi
Exod. 20 tat deus iniquitatem patrum in filios.
Nam infœliciſſimi infantuli eorũ mox
in baptiſmo præparantur ad Eccleſiç cõ
temptum & rebellionem, uel neſcientes
quando non dum intelligunt quid ſecũ
agatur. Non enim liniuntur ſancto oleo
nec iniunguntur chriſmate ſacro, ſicut
alij infantes Chriſtianorum ſolent liniri
atq; inungi, iuxta antiquiſſimum Ec-
cleſiæ ritum. Vbi uero cœperint balbu-

tire, mox hauriunt auribus cõuicia quæ tota die iaculantur parentes & familia, ex Lutheri ſcriptis, in Papam, in Epiſcopos, in presbyteros & Monachos, Cũq; & ipſi balbutiendo ſimile quid lallant ac utcunq; proferunt, ibi mire placent parentibus, ibi excipiuntur hilariter cum riſu et plauſu, ibi multis donantur oſculis. Deinde ubi adoleuerint ad loquendum gradiendumq; perfecte, conuitijs addũt blaſphæmias deteſtationes & contumelias, ubicunq; uel caſu obuiũ habuerint ſacerdotem aut Monachum. Et quanq̃ uarij apud eos, & ſcribũtur & prædicantur Catechiſmi, peſſima tamen eſt pueris eorũ diſciplina in moribus, ut ne ueſtigium quidem ullum Chriſtianæ religionis & pietatis in eis appareat, male obediunt parentibus, Eccleſias nunq̃ intrant niſi ad audienda Concionatorũ ſuorum in Papam & omnem Clerũ maledicta, Neq; in plateis deferunt honorẽ ſenioribus, ſed uagantur ſine diſciplina ſicut pecora campi. Idq; totum fit iuſto dei iudicio, qui reddit iniquitatem patrũ

Exod.34 filijs ac nepotibus in tertiam & quartam progeniem. Atq; utinam ibi ſiſtat.

Aleſius 29. Quoties legent aliquid pię mentes, quoties audient quod uel mores reddet meliores, uel fidem confirmabit, toties agnoſcent tuum beneficiũ, tibi gratias agent, ꝙ tua authoritate perfectum ſit, ut frui hac lectione tuto poſſint.

Coclę⁹ Quō legē di ſunt libri ſacri. Si ſacri libri legantur ſtudioſe, ſobrie, in ſimplicitate cordis, in humilitate mentis, bona & ſancta intẽtione, ad ignoſcenda Chriſti beneficia, quæ nobis multipliciter per uiſcera infinitæ miſericordiæ & ſummę charitatis ſuæ impartit, ad emendandam uitam, ad ædificandos in fide & moribus proximos, Nemo reprobat, nemo prohibet, quemadmodum legebantur ante hanc malitiam a Luthero inuectam, Nunc uero longe aliter leguntur, præſertim ab ijs qui Euangelici dici uolunt, leguntur quippe ad contẽdendum improbe cum presbyteris & Monachis, ad iudicandũ temere de eccleſię ritib. & inſtitutis, ad cognoſcẽdũ friuole iter papiſtas & euangelicos, hoc eſt, inter catho

licos et lutheranos,atq; ad cetera mala ſupius dicta. Quę oĩa hoc ſalutari ac neceſſario Epiſcoporum tuorum decreto precauentur. Quod ſi tua Rex authoritate illud comprobaueris ratumq; habueris, uti omnes leges tum diuinæ tum humanæ iubent,aget tibi perpetuo gratias religioſa poſteritas, ꝙ tua & ſapientia,& pietate proſpectum fuerit,ne hac occaſione lutheriſmus cum omnibus malis ſuis in regnum tuum peruenerit.

Deute.17 C. de ſumma Tri.l. 1. & l. Nos atteñdentes.

Aleſius xxx.

Quoties legent in illis ſanctiſſimis literis,quam reuerenter de regio nomine ſentire debeant, quanta cura pro Republica,pro principibus orare deum debeant,& tibi & regno meliores ciues erunt.

Cocleꝰ

Si ſancta intentione legerent, poſſent profecto talia ibi reperire,ſed experientia & rerum euidentia docet, pios illos, hoc eſt Lutheranos & falſo dictos Euangelicos, nequaꝗ̃ uel ita legere,uel meliores inde fieri,unde.n.tot ĩ Germa-

Euangelici ex lectione ſua in dies deteriores fiunt.

nia per annos. 12. ortæ ſunt ſeditiones contra utranq; poteſtatem, ſæcularem inquam & eccleſiaſticã, niſi per eiuſmodi lectionem domeſticam, & per angularem laicorum atq; apoſtatarum prædicationem? Ea lectio miſeros in tumultũ excitauit ruſticos, e quibus circiter centum milia intra tres menſes occiſi, perdiderunt hic omnia bona, & repererunt illic omnia mala. Et non eſt alia ſub cœlo gens, poteſtatum contemptior aut inimicior quam ſunt Euangelici iſti, qui Euangelium die noctuq; ſic legunt, ut per illud & Clerum uexent, & de fidei quæſtionibus tanquam iudices cognoſcant & iudicent.

Aleſius XXXI. Si quem uideres in regno publica ac legitima ſacriſicia contumelia afficere, iure incandeſceres. Ad eundẽ modum iraſci te his lupis decet, qui hæc ſtudia atq; exercitia piorum abolere conantur, quæ ſunt uerius ſacriſicia, quam ulla alia quantumlibet ſacra.

Cocle9 O pium ac religioſum hominem, qui tanto zelo tibi Rex publica ac legitima

cōmendat ſacrificia, Si uero diligenter ſciſcitat⁹ fueris ex tuis Epiſcopis, qui eū (ut quæritur) in exilium relegarunt, inuenies proculdubio, nullam in toto regno eſſe Miſſarum (quæ uere publica & legitima ſunt ſacrificia) negligentiorē aut faſtidioſorem contemptorem, Qualia uero ſint hæc piorum id eſt Lutheranorum, ſtudia & exercitia, ſatis ſuperq́ꝫ cōmemoratū eſt ſupra. Sunt enim peſſima, nequiſſima, nocentiſſima. Quibus nihil niſi malum & conſequuntur & faciunt, Maxime igitur expedit & ipſis & Reipublicæ, ut eiuſmodi ſtudia aboleātur. Nam per ea contemnuntur conciones ſacrę, cōturbatur pax & concordia, diſſoluitur Eccleſiæ unitas, & ſceleratiſſime prophanantur & abolentur ſacratiſſima Miſſarum ſacrifitia.

Qualia lutheranorum ſtudia

Aleſius 32

Nec poſſunt hæc ſacrificia ſpiritualia exiſtere, niſi adhibita lectione aut meditatione Euangelij, Ideo Paulus p̄cipit de lectione, & quidē uniuerſæ Eccleſiæ, Verbum Dei uerſetur apud uos opulenter in omni ſapientia, Docete &

admonete uos Pſalmis & ſpiritualibus carminibus. Iubet tractare ſcripturas, ut animi accendantur ad timorem Dei, ad fiduciam miſericordiæ, ad inuocationē, ad gratiarum actionem. Non enim concipiūt animi hos mot⁹ ſine uerbo Dei. Quare profecto non leuiter peccāt, qui cum ab Euangelij lectione abducunt homines, hæc uera ſacrificia tollunt ex Eccleſia.

Coclæ. Paulus nuſq̃ præcipit laicis lectionē
Hebr. 13. Euangelij, ſed iubet eos obedire ſuis prę
1. Tim. 5. poſitis qui pro animabus eorum ratio-
1. Theſ. 5. nem reddituri ſunt, De præſbyteris uero præcipit, ut duplici honore digni habeantur, maxime (inquit) qui laborant in uerbo & doctrina. Item, Rogamus (inquit) uos fratres, ut noueritis eos qui laborant inter uos, & præſunt uobis in domino & monēt uos, ut habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorum, & pacem habete cum eis. At Euāgelici iſti Lutherani, omnia peruertentes, uolunt domi & legere & prædicare, contra Chriſti, Pauli & Eccleſiæ

ordinationem,& nolunt audire præſby
teros in Eccleſia concionantes,Quibus
dominus ait, Qui uos audit,me audit,
& qui uos ſpernit,me ſpernit & patrem
meum.

Non conſiſtunt igitur ſacrificia ſpiri- Luc. 10.
tualia in lectiōe tali, alioqui nō poſſent Sacrificia
pij laici,literarū ignari, ſacrificia ſpūalia ſpiritua-
offerre,& hæretici qui ſemp̱ legūt ſemp̱ lia quæ
ſacrificarent, uera autē ſacrificia ſpūalia ſunt
& Deo accepta ſunt hæc,Obedire p̄po 1. Reg. 15
ſitis,quia melior eſt obedientia ꝙ̄ uicti-
mæ,& auſcultare magis ꝙ̄ offerre adipē 2. Cor. 7.
arietum. Audire Eccleſiā, Orare Deū, Pſal. 50.
cōtriſtari ſpū ad pœnitētiā, ut ait Apl's, Pſalm. 49
iuxta illud Pſalmiſtę, Sacrificium Deo Rom. 12.
ſpūs cōtribulatꝰ, dare Elemoſynā,iuua
re p̱ximū,laudare Deū, qui ait, Sacrifi-
ciū laudis honorificabit me. Refrenare
carnē uigilijs & ieiunijs,ut exhibeamus
corpa noſtra hoſtiā uiuētē,ſanctā, Deo
placentē &c. Ab his longiſſime abſunt
literales iſti Euāgelij lectores pro quibꝰ
contendit Aleſius,Nō igit̄ uera & Deo
accepta ſunt eoꝝ ſacrificia lectionaria.

Aleſius 33 Si metuūt Epiſcopi noua dogmata aut diſſidia Eccleſiarum, hæc non gignit populus, nec poteſt ſine alijs magiſtris tueri. Videant igitur Epiſcopi, ut habeant pios, eruditos, & prudētes doctores in Eccleſiis, ita facilius retinebūt concordiā Eccleſiarum.

Coclæ. Quid prodeſt, habere pios eruditos & prudentes Doctores in Eccleſiis, ſi Laici nolint eos audire, ſed uelint poti⁹ domi legere? Quāuis uero populus noua dogmata gignere non ſoleat, genita tamen amplectens hæreſim confirmat & adauget. Aleſius uero putat, ſi pij & eruditi, hoc eſt Lutherani (alios enī neq; pios neq; eruditos exiſtimat) Doctores habeantur in Eccleſijs, retinebitur concordia, ſcilicet ut omnis populus pariter Lutheranus fiat. Neq; tamen diu duratura eſſet eiuſmodi cōcordia in malo & errore, ſcriptum eſt enim. Non eſt pax impijs, dicit dominus, Videmus itaq;, Lutheri ſectam tot diſcordijs conſciſſam & in ſe diuiſam, ut tot fere ſint hæreſes diuerſæ, quot ſunt Apoſtaticæ

Non durat in hæreſi concordia.

Eſa. 57.

Eccleſiæ. Veris autem Chriſtianis una eſt fides, unũ baptiſma, unus in doctrina Euangelica conſenſus per totum mũdum ubicumq; fuerint ſiue in Italia aut Affrica, ſiue in Germania aut Scotia. *Ephe. 4.*

Sed hoc modo retinere trãquillitatem cum contumelia Euangelij, cũ iniuria piorũ, id uero horribile & multiplex ſacrilegium eſt, Multipliciter eni leditur gloria Chriſti, cum ab Euangelio arcentur homines. Aleſius 34

Rurſus obtendit Sophiſticæ fallaciæ laqueum Aleſius, At ſæpe dictum eſt, Epiſcoporum decretum non arcere homines ab Euangelio ſimpliciter, ſed ſecũdum quid, Iubet enim Laicos indoctos audire Euangeliũ in eccleſia ex ore Doctorum ſeu ſacerdotum, quibus Euãgelizandi miniſterium legitime cõmiſſum eſt, prohibent legere domi in uernaculo nudum textum aut minime aut male intellectum. Quia ex eiuſmodi lectione plurima compertum eſt prouenire mala. Quid hic eſt contumeliæ uel in Euãliũm uel in gloriam Chriſti? Nõne mul- Coclæ. *Laicis expedit audire potius q̃ legere Euangelium.*

to maior eſt contumelia & in Chriſtum & in Euangelium eius, Euãgelio Chriſti tã impie ac ſcelerate abuti ad omnia mala quæ Lutheriſmus peperit? Neq; uero iniuria fit laicis indoctis per illud decretum, quo piiſſime conſulitur eorũ ſaluti, dum iubentur Euãgelium in Eccleſia audire & iuxta uerum & ſanum intellectum addiſcere, ne domi legentes & male intelligẽtes in hæreſim labant.

Aleſius 35 Primum, hoc ipſum interdictũ eſt contumelioſum in Chriſtum, Deinde tollit ſanctiſſima pietatis exercitia, adimit bonis neceſſaria præſidia conſciẽtię, diſſipat domeſticam diſciplinam, armat aduerſus innocentes tyrannidem eorum qui bellum gerunt ἄσπονδον ϗ ἀκήρυκτον cum Chriſto, poſtremo etiã cõſuetudo parit ethniciſmum. Cum tot mala concurrant, haud dubie omnes pij deprecantur, ne tua autoritas comprobet Epiſcoporum conſilium.

Coclæ. Nihil horum per Epiſcoporum decre

tum contingere, ad longum oſtenſum eſt ſupra. Qui enim uere pij ſunt, ſciunt non eſſe cõtumelioſum in Chriſtũ, Euã gelium audire & ſane intelligere in Eccleſia, potius q̃ domi legere & male intelligere. Sciunt, ſanctiora eſſe pietatis exercitia, in Eccleſia deuote audire ac recte addiſcere, quam in angulo uel audire uel legere abſq; ſano intellectu. Sciũt conſcientiæ præſidia non conſiſtere in lectione literali & laicali, ſed in Eccleſię unitate & doctrina, in debita obedientia, in recta fide ſpe & charitate, In ſimplicitate cordis & in uitæ puritate atq; innocentia, Sciunt item, domeſticam diſciplinam in morum grauitate, in honeſta conuerſatione, in exemplis pietatis melius eluceſcere quã in nuda lectione literæ. Audiſti enĩ, Rex qualis ſit apud Euangelicos noſtros diſciplina. Quod uero calumniatur Aleſius, Ep̃os gerere cũ Chr̃o bellũ occultũ & inſidioſũ, q̃ſi ñ idictũ p̄ſecialẽ neq; publice denũciatũ (ſic.n. græciſſat) celſitudo tua nouit im-

Conſcientiæ præſidia

Domeſtica diſciplina

Teterrima in Epiſcopos calumnia

probum eſſe mendacium. Si enim uerū eſſet, non eſſes tu Rex pius & Chriſtianus, qui in regno tuo tam impium permitteres bellum cum Chriſto, Dño & Deo tuo. Deniq̨ ꝗ cauſatur, cōſuetudinē parere ethniciſmū, nihil eſt, longe enī meliores magiſq̨ pij ſunt inter laicos ij, qui diligenter in Eccleſia Euangelium audiunt, q̄ ſunt illi, qui domi legentes Euangelici dici uolunt. Pium eſt igitur Rex, Epiſcopis tā prudenter uigilantibus pro grege Chriſti, ne ſub Euangelij ꝑtextu ueniat in fauces luporū, & uenerabiliter cōſentire & cōtra Apoſtatarū machinatiōes fortiter aſſiſtere, Ne Deū offendas, ſi nō feceris, & reus fias oīum animarum, quæ ſub Euangelij ꝑtextu ab Eccleſia excidunt & a lupis deuorantur, ut pereant inęternum.

Aleſius 36 In hoc meo exilio, ut eſſem uere quod dicor, ἀλήτης ꝑuagatus ſum quādā Galliæ orā, & plæraq̨ alia loca. Non audiui ſiľe edictū uſquā ꝓpoſitū eē, aut a Cęſare aut a rege Gallorū, Cū alioqui

de

de dogmatibus ſæpe iam atroces leges, quaſdam etiam meo iudicio neceſſarias condiderint. Nemo autem prohibuit lectionem ſacrarum literarum, credo cum propter alias cauſſas, tum uero maxime, ꝙ uiderent plurimum in exemplo turpitudinis & periculi eſſe.

Quiſquis Edictum ſane iuxta Epiſcoporum intentionem intelligit, facile cognoſcit nihil eſſe in eo, uel turpitudinis, uel periculi, ſed plurimũ prudentiæ honeſtatis, pietatis, ac publicę utilitatis, uti ſupra oſtenſum eſt. Nam eo Edicto precauentur plurima, ut cõmemorauimus, mala, conſulitur paci & concordiæ publicæ, proſpicitur fidei contra hæreſes, pro mouetur ſalus animarum ne in æternũ pereant. Coclę⁹

Quis autem Aleſio, hoc eſt erroni & profugo uaganti & uago, credat in Galliis non eſſe propoſitum ſimile edictum, Cum Galli ipſi contrarium atteſtentur & ſcribant, uiri ſane Clariſſimi, atq; tam uita q̃ eruditione ſpectatiſſimi, Iohannes Gerſon & Iodocus Clichtoueus.

Gerſon in tracta. cō tra Bohemos de utraq; ſpecie Sacramenti. Certe Gerſon affirmat, in grande Catholicæ ueritatis præiudicium & ſcandalū uergere, q Laici habent in ſuo uulgari translationem Bibliæ, quia nudo innituntur textui ſine ullius interpretis aut expoſitoris admiſſione, atq; ita multis inuoluunt ſe ipſos contradictionibus & erroribus, Quare in Reformatorio Concilij Cōſtantienſis propoſitum fuit, ſcandalum illud tollendum eſſe. Et Clichtoueus multis contendit rationibus contra huiuſmodi translationem uulgariter a laicis legendam.

Clichtoueus in propugnaculo eccleſie li. 1. ca. 17

Aleſius 37. Deinde illud etiam pietatis tuæ eſt conſyderare, qualis ſit publicus ſtatus Eccleſiarum. Nam ſi in hoc doctrinæ genere, quod hactenus monachi ſparſerunt in mundum, nulla ſunt inſignia errata, ego quoq; cenſeo eam acerrimo ſtudio retinendam ac propugnandam eſſe. Sin autem de nonnullis magnis & neceſſarijs rebus aliud docet Euangelium, q̄ iſti, optandum eſt certe, ut Chriſti gloria fiat illuſtrior, & bonis mentibus innoteſcat.

Huiꝰ Syllogiſmo nemo piorum con- tradicit, Verum nuſq; oſtendit Aleſius, in quibus nam rebus magnis & neceſſa- rijs, aliud doceat Euangelium q̃ Mona- chi. Dixit quidẽ ſupra eos contra Euan gelium docere de pœnitentia, de uera in uocatione, fide ac ſpe, Sed dixit tantum- modo, & nihil horũ ulla probatione de- monſtrauit, neq; demonſtrabit unq̃. Re cte igitur infert: Eccleſię doctrinam, quã in populum ſpargunt Monachi, acerri- mo ſtudio & retinendam & propugnan dam eſſe. Coclęꝰ 410

Atq; ita ſentire uidetur optimus Princeps Carolus Cæſar, qui cum facile poſſet armis opprimere Germanorum diſſidia, tamen reijcit cognitionem ad Synodum, ne cum uicijs res opprimat bonas & neceſſarias Eccleſiæ, Mauult gloriæ Chriſti & ſaluti omnium gentiũ & uniuerſæ poſteritatis conſulere, q̃ mo rem gerere affectibus illorum, qui man- ſuetiſſimum eius ingenium incitare ad ſeuiciam conantur. Aleſius 38.

Attendat quæſo Celſitudo tua, Rex

Cocle⁹ Inclyte, q̃ blande palpet & aduletur hic Cæſari noſtro, Optimo ſane ac Religioſiſſimo, proinde et fœliciſſimo ac Victorioſiſſimo Principi, uulpes hæc callida, Atqui procedit hæc laus non ex animi ſententia, neq; ex amore cordis (Nullus enim Lutheranorum Cæſarem uere amat) ex ſerpentino dolo atq; uulpina ſimulatione, ut exemplo Cæſaris cõficto te circumueniat, & circa Eccleſiæ fidem doctrinamq; antiquam, & hactenus obſeruatã dubitare cogat, quaſi & Cæſar ipſe dubitet, Sed nequaq̃; eſt ita. Cæſar eñ uſq; adeo nihil dubitat, ut nulla unq̃ ratione potuerit a ſentẽtia ſemel in Lutherum eiuſq; doctrinam prolata deflecti, quamuis Lutherani nihil reliquerint intentatum. Ante annos 13. iuſſit publice comburi libros Lutheri, eiuſq; iuſſu cõbuſti ſunt, non ſolum in terris paternæ hæreditatis, uerum etiam in Clariſſimis Rom. Imperij ciuitatibus Coloniæ & Moguntiæ. Deinde promulgari iuſſit Edictum Imperiale, quod Vuormaciæ

Cæſaris cõſtantia cõtra Lutheri dogmata.

Edictum Vuorma⁄

Anno domini M. D. XXI. omnium to

tius Imperij ordinum conſultatione ro-
boratum fuerat, quo profecto nihil uehe
mentius, acerbius, grauius, dedecoroſius
in uniuerſam lutheri ſectam, decerni aut
ſtatui queat. Cum uero Germaniæ prin
cipes, inualeſcente per Cæſaris abſentiã
lutheriſmo, uellent Nurenbergæ in Co-
mitijs Edictum aliquantulum tempera
re ac mitius interpretari, ut ex Lutheri
ſcriptis ſecernerentur a malis bona, Cæ-
ſar ex Hiſpanijs acerrimo reſcripto id in-
terdixit, Reuerſus deinde ex Hiſpanijs
per Italiam ad Germanos, in celeberri-
mis Auguſtæ habitis Comitijs, quamq̃
Lutherani callide artifici uerborum fu-
co cõfeſſionem fidei ſuæ tolerabiliorem
reddiderunt q̃ erant libri Lutheri, Cæ-
ſar tamen nihilominus in ſua perſtans
ſententia, uelut inuincibilis Chriſtianæ
pietatis aſſertor, & conſtantiſſimus in ec
cleſiæ fide Heros, Ante omnia in receſ-
ſu (ut uocant publicum totius Imperij
Decretum) Imperiali uoluit Edictum il
lud Vuormacienſe in omnibus priſtinũ

retinere uigorem. Verum cum poſtea ce
lebraret Comitia Ratisbonæ, peteretq;
Germanorũ auxilia contra Turcas, qui
numeroſiſſimo exercitu per Vngariam
tendebant in Auſtriam & Stiriam, aui-
tæ hæreditatis eius prouincias, Luthera
ni autem nollent opem ferre in tantis pa
triæ totius periculis, niſi Cæſar cauſſæ
eorum cognitionem ſuſpenderet. Piiſſi-
mus Princeps, rerum neceſſitate, ac tem
porũ iniquitate coactus, negotiũ illud
ſuſpendit, & ad Synodum reiecit, non ſa
ne ꝙ dubitet de Eccleſiæ doctrina aut fi
de, ſed ꝙ mallet eos ad Eccleſiæ fidem &
unitatem reduci authoritate Synodi (ſi
fieri queat) ꝗ armis & multa ſanguinis
effuſione.

Aleſius 39. Non enim ſunt obſcuræ uolun-
tates hominũ hac de re, Omnes gentes
tacite flagitant hoc a ſummis regibus, ut
has controuerſias cognoſci ac diiudicari
curent. Nam etiã ſi armis diiudicari alia
negotia poſſunt, tamen in hac cauſſa pa-
rum proficiunt, hærent enim in menti-
bus hominum dubitationes. Illud autẽ

neceſſarium eſt, illud eſt bonorum ac ſapientum Principum, mederi mentibus hominum, ambigentes conſcientias ſanare, ac dubitatione liberare. Hic finis debet eſſe propoſitus ſummis uiris, ſi q̄d debent facere, bene mereri de toto genere humano uolunt.

In omni quidem gente reperiuntur aliqui homines carnales & terreni, qui non libenter orant, ieiunant, cōfitentur, pœnitentiam agunt, aut reliqua religionis onera, & expiationes ferunt, quibus in corde placeret Lutheriſmus, Pij autē & deuoti Chriſtiani nequaquam ſic dubitant. Sciūt enim omnem Lutheri doctrinam prius ętiam olim in antiquis hęreticis Leoniſtis, Vuicclefiſtis, Pighardis & Huſſitis per Concilia legittime condemnatam eſſe, Ideo non propter lutheri doctrinam deſyderant Concilium ſed potius propter reformandos mores tollendoſq; abuſus, qui ſenſim per maliciam Satanæ Prelatorum deſidia & negligentia in eccleſiam irrepſerunt. Iuxta illam dn̄i parabolam: Simile factum eſt

Codex

Ad quid deſyderāt Chriſtiani cōciliū

Mat. 13.

regnum cœlorum homini qui ſemina-
uit bonum ſemen in agro ſuo, Cum au-
tem dormirent homines, uenit inimicus
eius, & ſuperſeminauit zizania in me-
dio tritici & abijt.

Indurati, nolunt audire. Pulchrum quidem et optabile eſt, me-
deri mentibus hominum ac ſanare ambi-
gentes cõſcientias. Sed multi ſunt, proh
dolor, qui ab Eccleſia ſua ſponte ſuoq;
ſcelere excidentes, a lupis deuorati & a
ſatana poſſeſſi, ſanari nolunt, nec ullam
ſalutis medelam mentibus admittunt, iu-
ſto dei iudicio excæcati atq; obſtinati, ut
Eſa. 6 nullis admonitionib⁹, ſcripturis aut rati-
onib⁹ in uiã reduci queãt. Quid ergo cũ
talibus agant reges aut pricipes aliđ, ni-
ſi quod omnia iura dictant, diuina atq;
humana? Vbi enim iure agitur, ibi ne-
mo poteſt conqueri de ui, de iniuſtitia,
aut de tyrannide, Quid autem iura ſu-
per his decernant, ſatis notum eſſe arbi-
tror.

Aleſius XL. Quare te quoq; per Chriſtum ob-
teſtor atq; oro, ut modereris Epiſcopor̄
conſilia, & a crudelitate atq; impietate

flectas ad lenitatem atq; ſtudiũ illuſtran dæ gloriæ Chriſti. Id cum Deo debes, tum uero digniſſimum eſt generoſiſſimam atq; Heroica natura tua, quæ ad bonitatem atq; humanitatem tota facta eſt.

Satis oſtenſum eſt ſupra, & ſepius fortaſſis q̃ neceſſe ẽ, Nihil crudelitatis aut impietatis ab Epiſcopis in Edicto admiſſum eſſe, Nihil igitur opus eſt hac obteſtatione. Coclæ.

Deus inquit ad principẽ gentis Iſrael, Glorificantes me glorificabo, & reddam contemptos illos qui me contemnũt. Reddet igitur tibi uiciſſim ampliſſima præmia, ſi ipſius Euangelium ornare, & ad tuos populos propagare ſtudebis, ſi aduerſus iniuſtam uim defendes bonos & innocentes. Aleſius 41

Quid hic audis Rex Pie ac uere Chriſtiane? Rogat te Apoſtata infidelis & impius, ut Euangelium chriſti ornare atq; ad populos tuos ꝓpagare ſtudeas, quaſi hactenus non fuerit ad Scotiæ populos propagatum Euangeliũ Chriſti. Coclæ. *Atrox in ſcotos iniuria*

O linguam audacem & os impudens, Crede mihi Rex, niſi diligentiſſime precaueris, trāsferet Aleſius iſte Lutheri Euangelium in linguam ueſtram, & regno tuo occulte imittet p̱ mercatores, Vittenbergæ aut alibi excuſum, ut ea nouitate inficiantur populi tui anteq̃ Celſitudo tua aut Epiſcopi tui perſentire aut reſcire queant, Deſyderat ſane nouus noui Euangelij Apl'us apud Scotos haberi, ſicut haberi uult apud Germanos Lutherus, qui mendaciſſime gloriari non ueretur, Germanos antea nūq̃ habuiſſe uerum Euangelium Chriſti, & clarius eſſe Euangelium ſuum q̃ fuerit Euangelium tempore Apoſtolorum.

Luthe. in ſermo. de deſtructione Hieru.

Aleſius 42 Chriſtus ait. Qui potum dabit tantum aquæ frigidæ, uni ex minimis iſtis, in nomine diſcipuli, Amen dico uobis, non perdet mercedem ſuam. Quem non flecterent ad complectendos & tuēdos ſtudioſos Euangelij hæc oracula, in quibus Chriſtus ſignificat, quanti hæc officia faciat, quid ſentiat de alijs qui

Euangelium negligunt, nec afficiuntur calamitatibus piorum.

Vide obſecro Rex ꝙ͂ uerſipellis & in omnem partem uerſatilis ſit hęc uulpes. Hic ad te ſimulat boni operis mercedē, cum tamen in corde credat Luthero omnia opera noſtra eſſe peccata, etiam optime facta. Quos autem uocat Euangelij ſtudioſos? Nūquid Epiſcopos & Monachos, qui ex officio & profeſſione ſua Euangelij quam maxime ſunt aut ſaltem eſſe debent ſtudioſi? Minime profecto, Nam eos Euangelio contraria docere quiritatur, Quos ergo? Non alios, crede mihi, quam Lutheranos, qui Euāgelicos ab Euangelij ſtudio ſeipſos uocitant. Eos igitur ſi complectaris ac tuearis, tunc Aleſio Deus eris, non ſecus ac Virgilij Tityro Auguſtus Cæſar Deus erat, Sed caue Rex, ne laus humana tibi charior ſit ſalute æterna. Sed dic potius cum ſapientiſſimo pariter & ſanctiſſimo Rege Dauid, Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

Coclæ.

Cauendū a laude Aleſij

Pſal. 140.

Aleſius 43 Petrus Apoſtolus in ſecunda Epiſtola præcipit, ut ſtudioſe legamus atq; cognoſcamus ſcripturas, Benefacitis inquit, quod eſtis ſtudioſi prophetici ſermonis, qui uelut lucerna eſt, lucēs in caligine. Huius Apoſtoli decretum cogites Eccleſiæ utilius fore, quàm illud interdictū, quod nouo exemplo in tuo regno proponunt homines indocti & imperiti doctrinæ Chriſtianæ. Nihil enim dicam de eis inclementius.

Coclæ. Grauis in Epiſcopos iniuria

O clementē Epiſcopis Aleſium. Cui modicum hic eſt, dicere tot Epiſcopos tantoſq; ſummæ Dignitatis in Eccleſia uertices, indoctos & imperitos doctrinę

Math. 15. Chriſtianæ, quaſi cæcos & cæcorum duces, qui aliis ducatum præbentes, cum ipſis in foueam cadant, Cum non ſit uerit^9 eos interim uocare, Epicureos Pontifices, Phariſæos, Lupos, Tyrannos, & quid non? Sed ualeat improbus cōuiciator cum hac ſua clementia.

Reſponſio ad dictū S. Petri. 2. Pet. 1

Nos expendamus, quantum ualeat eius ex dicto S. Petri argumentum, Benefacitis, inquit, attendentes propheti

co ſermoni,quaſi lucernæ lucenti in ca‑
liginoſo loco.Hinc colligit Aleſius, Pe‑
trũ p̃cipe, ut ſtudioſe legamus atq; co‑
gnoſcam⁹ ſcripturas Ego aũt nõ uideo,
quomodo Petrus hic omnibus præci‑
piat Laicis ſeu quibuslibet Chriſtianis
(ut uult Aleſius)ſtudioſe legere atq; co‑
gnoſcere ſcripturas. Si enim pręceptum
eſſet,peccarent profecto mortaliter, pre
uaricatione præcepti,omnes ruſtici alij‑
q; ſimpliciores Laici,qui legere neſciũt
Et præceptum hoc maiorem Chriſtia‑
norum partem,qui legere neſciunt,obli
garet ad impoſſibile,utrãq; autem & fal
ſum & incõueniẽs eſt,igitur inique abu
titur hoc dicto Aleſius,Petrus enim nõ
ait,Legite cũcti ſcripturas,ſed ait, Bene
facitis,attendentes prophetico ſermoni.
Hoc autem & Epiſcopi tui uolunt, in‑
clyte Rex,ut populi tui attendant & di
ligenter audiant in Eccleſia & prophe‑
tarum & Apoſtolorum dicta de Chri‑
ſto, quomodo recte intelligi debeant.
Vnde & Gloſator ait. Sicut prophetæ
non ſua,ſed Dei uerba ſcribebant, Ita

lector non ſua interprætatiõe uti debet, ne a fide exorbitet, ſed laboret attendere, quomodo uerba ſua uoluerit intelligi ille qui ſcripſit, Quod & Auguſtinus plęrumcꝫ admonet.

Aug. Confeſſionum li. 12. c. 30

1. Pet. 3.

Cęterum San. Petrus adeo non eſt ibi cõtrarius Epiſcoporum decreto, ut paulo poſt in eadem Epiſtola illud maxime cõmendare uideatur, dum ait, in chariſſimi fratris ſui Pauli Epiſtolis eſſe quędã difficilia intellectu, quæ indocti & inſtabiles deprauant, ſicut & cæteras ſcripturas, ad ſuam ipſorum perditionẽ, Ecce tibi Rex efficaciſſimam rationẽ Edicti Epiſcoporũ, Quia ſunt quędam in Paulo, ſicut & in aliꝭ ſcripturis, difficilia intellectu, quę indocti atcꝫ inſtabiles (quales ſunt laici in uernaculo tantum legere ſcientes, & aliꝭ plæricꝫ in fide Eccleſię leues, inſtabiles ac male fixi, ut ſunt omnes Apoſtatæ Eccleſiæcꝫ deſertores) deprauant ad ſuam ipſorum perditionem Nonne igitur pie ac ſalubriter talibus prouident Epiſcopi, ne per hãc occaſio-

nem pereant, ſi deprauate legerent, ad ſuam & aliorum (quos seducturi eſſent) perditionem? Vides iam opinor, improbum hunc Goliath proprio iugulatum gladio, iuxta illud Pſalmiſtæ, incidit in foueam quam fecit, Et mentita eſt iniquitas ſibi. Et illud Danielis, Recte mẽtitus es in caput tuum. *Pſal. 7. & 16.* *Dani. 13.*

Scio multos eſſe ubiq; gentiũ, in magnis opib⁹, qui fortunis omnibus exui malint, quam perpetuo carere libris Euangelij. Horum ſtudijs omnes bonos uiros fauere nihil dubito. Aleſius 44

Cochlæ. Neq; Epiſcopi piorum ſtudijs nõ fauent. Neq; libros Euangelij ſimpliciter aut uniuerſaliter prohibent aut exurũt, ſed uolũt, ut ſanctis libris ſancte utamur non ad contentiones improbas, non ad quæſtiones nouas de fide, non ad dubitandum de Eccleſiæ doctrina, nõ ad iudicandũ de Papa, de Cõcilijs, de Epiſcopis & de oĩ poteſtate ordinaria, non ad *Qui abutuntur ſacris libris*

hæreſim hanc uel illam defendendam, non ad ſubuertendum ſimplices in fide, Sed ad cognoſcenda quæ recta ſunt, atꝗ in edificationẽ & ſui & proximi, Atqui uidemus Laicos hoc tempore maxime abuti ſacris literis. Quibus merito prohibent Epiſcopi, ne domi legant ad ſuam ipſorum perditionem, ut ait Petrus Apoſtolus.

Aleſius 45 Vtinam reſpicerent hominum iudicia, iſtius noui interdicti autores. Quid enim cogitabunt homines cordatitum in tuo regno, tum apud exteras nationes, cum audient honeſtos homines ad ſupplicia rapi, nec crimen aliud obijci, niſi ꝙ legerint libros Euangelij.

Coclæ. *Epiſcoporũ Edictũ ſcripturis conforme* Non arbitror Rex quempiã in regno tuo ad ſupplicia raptum, cui non aliud fuerit imputatum crimen, niſi ꝙ legerit libros Euangelij, Non enim per ſeſe crimen eſt, legere libros Euãgelij, nec Epiſcopi in crimen reputant, Sed hoc unũ intendũt, ne ſanctis libris abutantur ad ſuam ipſorum perditiõem laici ſcioli, indocti

docti & inſtabiles. Si in hoc rep̄hendēdi ſunt, reprehēdatur Sanctus Petrus, qui prior iſtud admonuit. Reprehendatur Paulus, qui ſcribit tales nihil ſcire, ſed languere circa quæſtiōes & pugnas uerborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blaſphemiæ &c. Reprehendatur deniq; & Pſalmiſta, qui prophetico ſpiritu dicit: Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum, & in retributiones, & in ſcandalum. Si quis autem hac occaſione ad ſupplicia raptus eſt, id factum puto, non propter lectionem Euangelij ſecundū ſe, ſed propter hæreſes Lutheranas quas ex Euangelio probare uoluerit, aut propter Euangelium a Luthero deprauatum, quod uerum eſſe contenderit.

1. Pet. 3
1. Tim. 6

Cæterum hominum hic iudicia, quæ diuerſa ſunt & uaria, non ſunt attendenda, ſed potius quid rectum ſit, quid animarum ſaluti proficuum, quid officio cōgruum, ut deo placeant in hoc Epiſcopi potius q̄ hominibus. Ait enim Apoſtolus: Si adhuc hominib⁹ placerem, Chri-

Nō hominū, ſed dei iudiciū attendendū

Gala. 1

ſti ſeruus non eſſem. Item: Mihi autem
1. Cor. 4 pro minimo eſt, ut a uobis iudicer ſiue ab humana die. Qui autem iudicat me, dominus eſt. Item: Nolite conformari
Roma. 12 huic ſæculo, ſed reformamini in nouitate ſenſus ueſtri, ut probetis quæ ſit uoluntas dei bona, & beneplacens & perfecta.

Aleſius 46. Quam honorifica iudicia exteri de noſtra patria facturi ſint, dicere non libet. Quales ſint futuræ uoluntates bonorum in ipſo regno, in hac noui exempli tyrannide erga Epiſcopos, facile iudicare poſſunt homines, non omnino rudes atq; imperiti rerum humanarum.

Cocle⁹ Exterorum, qui Catholici ſunt, iudicia non poterunt non eſſe optima & honeſtiſſima de hac tam pia ac ſalutari Epiſcopoꝝ tuoꝝ prouidētia, Qua ſi Germaniæ Epiſcopi ac Principes efficaciter

Commendatio Edicti Epiſcoporum. & in tempore uſi fuiſſent, lōge minus eſſet & hæreſum & calamitatū apud nos ꝙ eſſe uidemus & dolemus. Satis enim

ſupra oſtenſum eſſe arbitror, Epiſcopo-rum decretum iſtud eſſe conſonum & cōforme legi diuinæ, Ordinationi Chriſti & Eccleſiæ, ſcriptis & monitis ſummorum Apoſtolorum Petri & Pauli, utriq; iuri Ciuili & Canonico, rectæ denigrationi & antiquiſſimæ Chriſtianorum conſuetudini, ſcilicet, ut laici legem Dei & Euangelium Chriſti audiant potius in Eccleſia ex ore ſacerdotis, q̄ ut improba contentione domi legant ad ſuam ipſorum aliorumq; perditionem. Deut. 17. Malac. 2

Quod autem minatur Aleſius, quales futuræ ſint bonorum uoluntates erga Epiſcopos, pro nihilo ducendum arbitror, Tum quia bonos non dicit niſi ſui ſimiles, hoc eſt, Lutheranos, Tū ꝙ experientia nos germanos docet, nunq̄ apud nos fuiſſe ſubditorum uoluntates iniquiores erga prælatos & magiſtratus, aut ad res nouas proniores, q̄ ab eo tempore quo a luthero in linguam uernaculam uerſum prodijt Euangelium.

Aleſius ἐυόφθαλμον ἀκοῦσαι cum nouæ leges re-
47. periuntur,nec ſtatim eas approbare re
non ſatis deliberata.Quod ut Celſitudo
tua faciat etiam de hac noua Epiſcopo-
rum lege,etiam atq; etiam orat uniuerſa
patria.

Cocleꝰ Sero iam admonet Aleſius, poſteaq̃
lata eſt, Deliberandum eſt eñ de ea pri-
usq̃ feratur, ubi uero lata eſt, opere ma-
gis approbanda q̃ ſera deliberatione in
dubium reuocanda eſt. Sed nihil dubi-
to Rex,te bene oculatum fuiſſe, ac omĩa
ſapienter circumſpexiſſe expendiſſeq; ac
diligenter audiuiſſe,pro & contra, ante-
q̃ lex publico fuerit conſenſu & autho-
Aleſius ſibi ipſi cõtrarius. ritate perlata.Miror uero, ſi uniuerſa pa
tria de hac lege ſcit & orat te,Tu uero ſo
lus,uelut peregrinus in regno & patria
tua,de illa nihil ſciebas,anteq̃ eius te ad
moneret Aleſius longe a patria profu-
gus,ſcribit enim non ſemel, eam legem,
quam ipſe ſceleſtus & impius nefariam
& impiam dicit,ſine tua authoritate la-

tam eſſe,ſed Apoſtata quod Apoſtatarũ eſt loquitur,neſcit bene loqui niſi de ma lis, quia ore peruerſo graditur. Nam ſi quando bonos laudat, id non bene ſed ſubdole facit,ad fallendum adulatione. Non enim poteſt mala arbor bonos fru ctus facere,ut ait ueritas ipſa. Prouer. 6 Matt. 7

Si usquam,hic certe neceſſe eſt εὐόφθαλμον & multa proſpicientem atq; prouidentem audire, cum periclitantur gloria Chriſti, ſalus piarum mentium, poſtremo etiam publicus regni ſtatus. Aleſius 48. Cócleꝰ

Iam ſæpe dictum eſt,nihil horum per Epiſcoporum decretum periclitari, ſed ſalubriter proſpici,ne iſta periclitentur. Quod utiq; fit,ubicunq; eiuſmodi lectio indifferenter ab omnibus paſſim laicis, quantumuis indoctis & inſtabilibus, uſurpatur, in propriam (ut Petrus ait) ipſarum perditionẽ. Non eſt gloria Chriſti,abuti Euangelio pacis ad contentionem & diuiſionem. Ipſe enim eſt pax noſtra,qui fecit utraq; unum, Neq; confert ad tranquillitatem regni,ubi hæc lectio, confuſo rerum ac ſtatuum ordine 1. Pet. 1 Ephe. 2

cunctos facit doctores, auditorem uero neminem.

Aleſius 49. Erit tuæ ſapientiæ, cauere, ne talibus exemplis gloria Chriſti obruatur, ne piæ conſcientiæ perturbentur. Deniqꝫ ne tyrannis noui exempli uoluntates bonorum offendat, quorum iudicia te tali præditum moderatione naturæ, nullo modo contemnere arbitror.

Cocle⁹ Nihil opus eſt, ut doceat te Rex Apoſtata, quid facere debeas. Non eſt res iſta noui exempli, quæ ante annos centum in Concilio Conſtantienſi, ut ſupra ex Gerſone dictum eſt, tractata & in Reformatorio poſita fuit, Neqꝫ tyrannis dici debet, cum ſit omni iuri diuino & humano (uti oſtenſum eſt) conformis. Neqꝫ offendit uoluntates bonorum, qui uere boni ſunt. Aut enim ante Lutheriſmũ habuerunt libros noui Teſtamenti, atqꝫ etiam ueteris, in lingua uernacula (ſicut apud Germanos plæriqꝫ habuerunt)

Gerſon in tracta. de utraqꝫ ſpecie contra Bohemos

Diſtictio de libris uernaculo

aut non habuerunt. Si habuerunt prius non arbitror eos libros eis per Edictum eripi, niſi inciperent illis abuti ad contentiones & hæreſes excitandas. Si uero prius non habuerunt, dicant Epiſcopis aut Celſitudini tuæ cauſſas, quare nunc habere deſyderēt potius q̃ ante. Et cognoſcetis protinus, tales eſſe curioſos, & nouarum rerum cupidos, qui non niſi ad ſuam ipſorum & aliorum perditionem eiuſmodi libros lecturi eſſent.

Hęc ſcripſi ad te Rex Clementiſſime pio ſtudio, quæ ut pro tua clementia boni conſulas oro. Nam ut de re tanta Celſitudinem tuam admonerem, officio adductus ſum, quod & tibi & patrię denicq; quod Eccleſiæ Chriſti apud uos debeo. Ac præcor Chriſtum, ut conſilia tua gubernet ad amplificandam gloriam Dei, & ad tuendas Eccleſias, & Aleſius 50.

ad mitigandam ſeuiciam Epiſcoporum.

Cocleꝰ Et ego Rex Clementiſſime non niſi pio ſtudio & ſyncero charitatis Chriſtianæ affectu, ac ſolius ueritatis intuitu, ad Clementiam tuam ſcribens, huic improbo conuiciatori & maligno Epiſcoporum ac Monachorum oſori atqꝫ calumniatori reſpondi. In nullius hominis gratiam, cum in tota Scotia de facie cognitus mihi mortalium nemo ſit, Neqꝫ in ſtatus aut officij mei defenſionem, cum neqꝫ Epiſcopus ſim neqꝫ Monachus, ſed ſimplex & indignus Presbyter, bonarū artium, ac ſacræ Theologiæ profeſſor exiguus. Sed amor & honor ueritatis, affectus, & officium charitatis erga proximos, & timor domini hunc mihi reſpondendi laborem iniunxerunt. Quia ſi deum uere timeo, non auſim diſſimulare de periculo, quod populis tuis Rex imminere puto, anxieqꝫ timeo, niſi Maieſtas tua ſuppliciter præmonita, prudenter ac diligenter prçcauerit.

Suſpicor etenim profugum iſtum latitare nũc Vuittenbergę,ut ibi Lutheri nouum Teſtamentum & quoſdam alios eius libros in linguam uernaculam ueſtrã transferat, & paulo poſt per Chalcographiam excuſos & multiplicatos latenter per mercatores in regnum tuũ, uelis nolis, tranſmittat, id quod ei per Albim fluuium (cui Vuittẽberga, ſicut & Dreſda, adiacet) non erit difficile, Albis enim in Oceanum Germanię emittit, ubi Hamburgũ, inſigne Emporiũ, nunc Lutheriſmo confuſum, e regione Scotiam proſpicit. Si uis ergo populos tuos a tot malis, quæ inde futura ſunt, pie ac paterne præſeruare, omnem adhibe curam & ſollicitudinem, ad excludẽdas Chartaceas iſtas merces, uſq; adeo noxias ac uenenoſas, ne te ignorante in port⁹ irrepant tuos, Non enim ſolus ex omnibus Scotis Lutheriſmo fauere uidetur Aleſius, ſed multos, quos antea infecit, poſt ſe abiens reliquit, quos hic Eccleſiã Chriſti apud uos dicit, & quos

Præcauẽdum Regi ne Lutheri noteſt. in ſcotiã transmittatur in uernaculo.

literis & libellis ad res nouas, Vuitten- berga perpetuo ſollicitabit, niſi in patriã retrahatur, ut acta pœnitentia reduca- tur in uiam rectam & antiquam, in qua patres noſtri ambulauerunt & ſalui fa- cti ſunt, Expediet igitur, ut in portubus omnes merces, quæ ex Germania adue- huntur, diligẽter diſcutiantur & explo- rentur, quandiu machinator iſte apud ſaxones ita ſederit in occultis, ut interfi- ciat immaculatos, iuxta illud Pſalmiſtę, Sub lingua eius labor & dolor, Sedit in inſidijs cum diuitib⁹ (id eſt, cum merca- toribus) in occultis, ut interficiat inno- cẽtem, Oculi eius in pauperem (hoc eſt in ſimplicem populum qui preter uer- naculum nihil ſcit) reſpiciunt, inſidiatur in abſcondito, quaſi leo in ſpelunca ſua, inſidiatur ut rapiat pauperẽ, rapere pau perem dum attrahit eum. Hæc eſt Rex præmonitio ſpirit⁹ ſancti per os Dauid Regis, quam niſi diligenter attenderis, eiuſmodi inſidijs patebit regnũ tuum.

Tibi uero maxime proſpiciẽdum eſt, ne corã Deo reus fias omnium animarum, quæ per eas inſidias intercipiẽtur, ſi forte uel odio in quoſdam Epiſcopos & Prelatos, qui forſitan neq; ſanctitate uitæ neq; eruditione ſacrarum literarũ ſuæ reſpondent aut ſatisfaciunt dignitati & officio, uel maligno quorundam, qui in occulto lutherizant, conſilio per negligentiam aut per cõniuentiam permiſeris illi tales populis tuis inſidias tendere. Speculatorẽ enim poſuit te Deus in regno tuo, ut cõſerues illud ĩ antiqua patrũ Pietate, ut tale poſteris ĩ fide relinquas, quale a parentibus accepiſti. Attẽde igitur quid tibi dominus per prophetam dicat. Si ſpeculator (inquit) uiderit gladium uenientem, & non inſonuerit buccina, & populus ſe non cuſtodierit, ueneritq; gladius & tulerit de eis animam, Ille quidem in iniquitate ſua captus eſt, ſanguinem autem eius de manu ſpeculatoris requiram. Hæc eſt potiſſima cauſa REX, cur ego

Neceſſitas præcauendi eſt Regi a Deo iniũcta

Ezech.33

pauperculus homuncio ad te tãtum & Maieſtate & potẽtia Principem ſcribere non ſim ueritus, licet Celſitudini tuæ tam meritis quam facie ignotus, Vna eſt charitas quæ iſta tibi ut ſuggerã perſuadet, atq; etiã addito Dei timore perurget ac cogit. Quia metuo, ne populis tuis ea ſuper ueniant mala, quæ Germaniæ populis per Lutheriſmum inuecta, maximas clades ac ſtrages tum corporũ tum animarum iam pridem effecerunt, & nondum ullus eſt malorum finis, areſcentibus hominibus (uti prædixit dominus) præ timore & expectatiõe maiorum cladium quæ ſuperuenturæ ſunt, ſi hæc diſſenſio Principũ & populorum in apertum eruperit (quod Deus auertat) bellum. Deus Optim⁹ Maxim⁹ te Regno tuo pacato & ab omni hæreſi purgato incolumem ac longeuum, atq; florentem uictorijs iuſtis, omniumq; bonarum rerum prouentu fœlicem, ſapiẽtiaq; & pietate indies locupletiorẽ magiſq; ac magis proficientem quam diu-

tiſſime cõſeruet, Domine Rex Cle-
mentiſſime, Princepſq; Colen-
diſſime. Ex Dreſda Miſniæ
ad Albim VI. Iduş
Iunij. M. D.
XXXIII.

42